succi quātitas conueniens circiter lb.i.& coquatur cum facilitate donec habuerit sufficientē coctiōē deinde super illud pone masticis ℨ.iii. repone & da.℥.s. Inquit Gali. ostendit cōpositio huius medicīæ nobilitatem eius: est enim cōpoīta ex partibus conuenientibus complexione & proprietate.

c Onfectio almezereon ex īuētione nostra quæ est medicamen benedictum ad hydropisiꝫ & solutione educit aquam citrinam cum fortitudine. cuius hæc est permistio. ℞. foliorū almezereon præparatorum partes.x. carnium cydoniorum elixatorum in aceto uini & zucari tabarzet. aā. ptes. lxxx. aquæ casei infusionis agar. partes. xxx. terreniabin partes. xl. olei almezereon partes. xii. dissoluatur zucarum & terreniabin in aqua casei prædicta & misceantur cum carne cydōioꝝ & coquantur cum facilitate usq; dum mellis spissitudinem habeat & inuoluatur puluis folioꝝ almezereon cum oleo iam dicto & conficiatur cum ipso: & sit dosis eius ℥. quattuor.

m Odus confectionis halsebrā solutione educens coleraꝫ. ni. & flegma & aquam citrinam. cuius permistio. ℞. halsebram. boni & electi. ℥. ii. miroba. citri. ℥. ii. puluerizētur & cribellentur & proiiciatur super eorum sūmam succi feniculi humidi quau titas quæ cooperiat & pone in sole diebus. v. sēper innouando modice instillationeꝫ succi sup eos: deinde dimitte siccari & repone in uase uitreato. & est dosis eius a. ℨ. i. usq; ad. ii. cuꝫ zucaro & aq calida.

c Onfectionis modus de eupatorio mirabilis ad icteritiaꝫ & hydropisim. cuius permistio. ℞. succi eupatorii raued bōi. aā. ℨ. iiii. croci. ℨ. ii. laccæ. se. cuscutæ. aā. ℨ. iii. cimaruꝫ squinanti se. citruli. cucumeris portulacæ succi absithii. aā. ℨ. iii. scamoneæ coctæ in cydoniis. ℨ. ii. & .s. fiat omnium contritio bōa. & sit dosis eius aur. i. cuꝫ lactæ camellarū aut aqua casei alkekengi. & si est illic caliditas reprime cuꝫ succo solatri & ēdiuiæ & uolubilis.

a Lkekengi est medicamen magnū iuuamentorū expertorū ad hydropisim & cacesiam & ægritudines epatis & splenis & ad mollificationeꝫ membroruꝫ nutritiōis & corruptionem formæ & cōfert hæmorroidibus & ad ægritudines iuncturarum. cuius permistio. ℞. succi uolubilis succi endiuiæ succi apii purgatorum. aā. lb. iiii. proiice super eos miroba. citri. aā. ℨ. xii. embli. ℨ. l. indoꝝ belli. aā. ℨ. viii. aga. ℨ. x. absinthii. cuscutæ radicis apii. feniculi ani. aā. ℨ. iiii. ireos. ℨ. x. passularum enucleatarum. ℨ. lxxx. bulliant cum facilitate usq; ad medietateꝫ succorum: deinde colentur postq̄ omnia fuerint manibus bene fricata: & proiiciantur super. i. partem succorum tamarindoꝝ keiron. ℥. viii. cassiæfistulæ. ℥. viii. terreniabī ℥. iii. deinde collentur a scosis & in

alia pte aquæ proiiciatur pẽidon

saari. lb2.iiii.demum misce oĩa si

mul & bulliant ebullitionibus.ii.

tunc uero proiice super illud olei

sisamini recentis.ʒ.xv.& agitentur

oĩa simul:deinde coquãtur usq

ad mellis spissitudinem:tunc uero

deponãtur ab igne & pulverizẽtur

super illud trocis.diarodõ trocis.

de eupatorio & trocis.de absithio

& trocis.de reubar.ãñ.ʒ.i.&.s.ireos

ʒ.i.agar.folioru3 almezereon nutri

torum in aceto.ãñ.aur.viii.scamo:

succi eupatorii succi absithii croci

laccæ ablutæ miroba.citri.Keb.ãñ.

aur.iiii.belli.emb.indorum.ãñ.aur.

iii.spicæ ani.ãñ.aur.ii.turbit bõi.ʒ.

vi.inuoluantur omnia prius cum

olei almezereon.ʒ.iii.& misceãtur

cum prædictis & bene incorporẽ

tur.& sit dosis eius a.ʒ.ii.usq ad

iiii.cum aqua endiuiæ.

Onfectio electuarii diacydo

nite3 cõferens colicæ & ægri

tudinibus membrorum nutritõis

& educit solutione colera3.accipe

succi cydoniorum.lb2.iii.mellis ta

barzet.lb2.ii.scamoneæ.ʒ.i.&.s.gal

liæ bonæ gar.zz.masticis piperis

lon.cynnamomi nucis mus.ãñ.ʒ.iii.

confice omnia simul.& sit dosis

eius ab aur.i.usq ad.iii.Si aute3 uo

lueris ut solutione educat colera3

& flegma ponantur in medicina

scamoneæ.ʒ.v.turbit.ʒ.xii.si autem

uolueris ut solum flegma educat

abiecta scamonea ponãtur turbit

ʒ.vii.carthami excorticati pondus

scamoneæ.Et si uolueris ut colerã

nigram educãt ponatur loco præ

dictoru3 elleborus ni.aut epithiu3

aut pollipodiu3 & apud plures fit

huius medicina cum melle & apud

plures cum zucaro.& quandoque

fit cu3 succo cydonioru3.& q̃doq3

cum carnibus & succo ipsarum.

QVARTA.DISTINCTIO.EST DE.CONDITIS . ET.CADIT. HAEC. OPERATIO . QVANDOQVE . IN . FRVCTIBVS. QVANDOQVE.IN. RADICIBVS . PLANTARVM . QVANDOQVE.IN.RAMIS . ET . TALIS.QVANDOQVE.IN.FLORIBVS.ET. NOS . LOQVEMVR. DE.EIS. ET.PRIMO.DE.DIVERSIS.MODIS . CONDIENDI.FRTCTVS.

EBVLI conditi stomacu3

confortant & appetitum

prouocant & digestionem

procurant sensus & rationem uigo

rant uisum clarificant utentes eis

in iuuentute conseruant.

MODVS condiendi est ut accipi

as ex eis humidis si haberi pos

sint uel saltem humectatis secũdu3

artem qua humectari possunt quã

titatem quam uolueris:& cu3 stillo

punge eos undiq & decoque eos

in aqua cum facilitate usq dum

tenerescant:post hoc dimitte sup

tabulam & exprime aquam coru3

& submerge illos in aqua mellis:

& dimitte eos per duos dies tũc

uero.decoque eos in igne lẽto cũ

facilitate & postq̃ decocti fuerit re

cũde eos ĩ uase uitreo & submerge

eos in melle decoctionis eorum & da post.vi.menses: Ars autez auxiliatur ī humectādo ipōs hoc mō.ifūdantur in aq̄ plurima & exponātur radiis solaribus p̱ dies octo.deīde acc.uas magnum sicut dolium uel saltem fiat fouea magna sub terra in loco humido ubi inter multam arenam humidam pone:in qua dis iunctim sepeliantur sæpe ac sæpe aquaz superinfundendo & innouādo arenaz de quattuor in quattuor diebus usq; dum tumefiant & humectentur.

Mblici conditi stomacuz cōfortant & humiditatez ipīus abscindunt & præparāt ipsuz præparatione qua ptes &uirtutes eius aggregentur in ipsum.Et modus condiendi eos ē.acc.ex eis q̄titatez quam uolueris & infunde sup eos aquam:& expone soli quousq; tumescant & humectentur. post exprime & pone in aqua mellis & dimitte per duos dies deīde coque cum facilitate:postq̄ cocti fuerint dimitte eos infrigidari & adde cuz melle tabarzet scilicz cum quarta parte totius & reconde.Quidaz uero supercondiunt cum spetiebus aromaticis sicut est cynamū &gal. & cardamomū crocū & muscum & similia.

121 Ydonia condita fluxum uentris & uomitum sistunt stomacum uero confortant & digestionem.ac c cydonia magna munda a putrefactiōe & mūdētur a cortice suo &granis interioribz:&īcidātur in frusta conuenientia & decoq̄tur cum iulep multæ aquositatis & post diem unum decoquantur cuz eo quod est uicinuz perfectæ decoctioni usq; dum perficiatur in eis decoctio.deinde aromatizētur cuz musco & ponantur in uase uitreo & sepelliantur cuz iulep in quo decocta fuerunt.Et quidam coqunt cū melle.& quidaz cū uino cocto. & sunt quidam qui supercondiūt cum spetiebus aromoticis. & alii faciunt alia.

Ira condita cor & stomacuz confortāt.& modus cōdiēdi ea est sicut cydoniorum.

Oma condita.cor.confortāt: sincopim & cordis pulsum sedant.& modus condiendi ea est sicut cydoniorum.

Ersica condita stomacuz calidum & cor confortant sitiz reprimunt oris foetorez abscīdūt. & modus condiendi ea ē sicut cydoniorum.

Itra condita stomacuz & cor cōfortant digestionez faciūt bonam &oris odorez.accipe cortiuz citri mundatoruz a carib; suis & proprie magnoruz sicut sūt uolæ manus quantitatem quaz uolueris.& fundatur super eos lixiuii clari quātitas in qua submergātur & mutetur super eos usq; ad.ix. dies semel.deinde post illud mutatur sup eos aq̄ clara tātuz donec dulcescant & abscindatur amaritudo eorum.tunc uero elixentur in aqua fontiū plurima in uase mūdo

usq; du; tenerescant: deinde exprimâtur donec fluat aquositas eorum post illud infundatur super illos ĩ uase lapideo iulep quãtitas aliqua qua submergantur. & sic dimittantur per diem & noctem & sit iulep ex zucaro al. & aqua quæ sit triplũ ipsius: deinde coquantur cu; facilitate usq; ad modu; penidiaru;: tũc uero sepentur cortices citri a zucaro & recõdãtur ĩ uase uitreato & cõdiãtur cũ iulep ro. cuius decoctio sit sicut nabat: ita quod. i. supficies sit laminaru; citri & alia iulep & recõde. & da post mense; & sunt q aromatizant cu; ambra & musco.

s Ecacul conditum renes calefacit & coitum excitat uentositates stomaci dissoluit. & modus operationis eius ẽ. acc. radices eius albas crossas & teneras & radatur cortex eius cineritius & elixentur & mundentur a uenis interioribus & incidantur ĩ frusta sicut est mensura policis. & ponantur in eius uacuitatib; arũdinosis frustu;. zz. humectari sicut dicemus ĩ capitulo de. zz. cõdito: & gar. unus humectatus: & accipiãtur ad omne pondus eoru; mellis pondera. iii. & alii pount mellis pondera. ii. & zucari pondus. i. postq̃ fuerit coctum cũ facilitate & proiiciatur super illud specierum alefãgiæ ptes cõueniẽtes. & dosis eius est. ʒ. i. uel. ii.

z Inziber conditu; confert ad frigiditatem & mollificatõe; stõaci & malitiã digestiõis & corruptõe; ipsius. & acetosa; eructatiõe; & lenitatẽ uiscerum & multitudĩe; uentositatum faciens cibum cito penetrare ad epar & corpus. & eius modus est. acc. zz. recẽtis si potest haberi uel salte; humectati parte partem. i. mellis partes iii. & zucari partem. i. coquantur sicut secacul & quidam accipiunt secacul &. zz. humectati. ãñ. partem. i. & fit delicatius. & quidam supercondiunt cu; speciebus alefanginæ. & quidã faciunt alia. Modus aũt humectationis eius est sicut de Kebulis & proprie ut infundantur in aqua. deĩde sepeliantur in arena & sit. zz. alb. & mundu; & recens.

c Onfectio de. zz. ualens sicut diximus superius. acc. zucari al. partes. viii. mellis partes iiii. zz. boni al. pulueriżati pulueriżatiõe ultima sicut alcohol ptes. iii. aquæ infusionis zucari quantum sufficit distemperetur zucarum cum aqua & melle & coq̃tur usq; dũ sufficit. deinde proiiciatur super illud puluis. zz. & agitetur & incorporetur cum eo & administretur.

Auciæ conditæ ualent sicut secacul. & eius modus est sicut secacul.

n Corus conditus ual& ægritudinib; cerebri & neruoru;. & eius modus est sicut secacul conditu;. additur tamen ad omnẽ partem eius secacul bõi partes. ii.

z Vcarum. ro. stomacum & cor confortat & omnia uiscera & confert ad mollificatione; eorum: & eius modus est acc. foliorum ro. 125

quantitatē quā uolueris & expan datur super tabulam usq; du; sup fluum humiditatu; ipsarum resol uatur:& sint ro. hntes mediatōe; inter completionem & acerbitatē & terantur in uase lapideo uitreato deinde proiiciatur sup eas zucari tabarzet triplū pon. ea℞:& reponā tur in uase uitreato & obturetur os eius cu; pergameno:& opponatur soli mensibus tribus oī die sæpe agitando illud:deinde remoueatur a sole & seruetur. Et quidam faciūt illud cum ro. nō habentibus aliqd de cōpletione & inuenitur magnæ stipticitatis. & sūt q non terūt ro. sed incidūt cu; forficibus & fricant manib; fricatione ultima ro. & zu= carum deinde exponunt soli.

Vcarum uiol. nflammationē coleræ & sitim extinguit uē trem lubricat:& eius modus est si cut zuca℞ ro. indigent tamē uiol. expansione longiore & expositiōe in sole.

Vcaru; buglosatu; cōfortat cor. maīacis. & melācolicis cō fert & sincopim & tremore; cordis eius aufert. & modus eius est sicut zucarum uiola.

Vcarum alchilil stomacu; & cerebrum & cor cōfortat uē tositates fugat. & eius composi tio est sicut zucarum ro.

El ro. sic fit. acc. foliorum ro. præparatorum sicut diximus supius:& sint eius partes. ii. mellis boni partes. vi. coquantur cu; faci litate sicut oport&:& sūt q ponūt mellis & succi. ro. ptes æquales & non ponunt aliquid ex foliis oīo: & sunt qui ponunt foliorum pte; i. & . 5. succi ptē. i. & . 5. mellis. p. iii.

El uero uiol. eodem modo fit sicut ro. & similiter buglo satum:& mel alchilil: sed in melle alchilil sunt qui ponūt species ale fanginas notas.

QVINTA. DISTINCTIO. EST. DE. SPECIEBVS. LOHOC. DE QVIBVS. SVNT. ALIQVA. QVAE. FIVNT. EX. DELECTA BILIBVS. ET. QVAEDAM. QVAE. FIVNT. EX. ORRIBILI BVS. DE. QVIBVS. PER. ORDI NEM. TRACTABIMVS. ET. SCRIBEMVS. IN. HAC. PAR= TE. EX. EIS. TANTVM. FAMO= SIORA. IN. PARTICVLARI= BVS. AVTE;. SCRIBEMVS. FA MOSA. ET. VALDE. VTILIA. SI. DEVS. VOLVERIT.

Ohoc de pino conferēs ad tussim antiqua; & asma & sputi uiscositatem & con strictionem anhelitus. ℞. granoru; pini. ʒ. xxx. amigdalarum dulcium auellanarum assatarum dragaganti gummi arabi. liquir. & succi eius amili. capillo ueneris radicis lilii coelestis. āā. ʒ. iiii. carniu; dactiloru; Keirō. ʒ. xxxv. amigdalaru; amararu; ʒ. iii. mellis passularu; zucari tabar= z& butiri recentis. āā. ʒ. iiii. mellis tabarz& quantum sufficit sumatur quasi lābendo. ʒ. i.

Ohoc de papauere & ē dia= papauer conferens ad tussim

calidam & pectoris asperitatem:& cuius sputum est tenue & indig& maturatione & incrossatione.& cõfert ad febrem calidam & dolorez pectoris & pleuresim.cuius hæc ē permistio. ℞. papaueris al.ʒ.xxv. amigdalarũ dulcium excorti.grão rũ pini gũi arab.dragga.succi liqr. ãñ.ʒ.x.amili.ʒ.iiii.se.portulacæ se. cydõiorũ.ãñ.ʒ.iiii.croci.ʒ.i.penidia ruz alb.℥.iiii.siru.de papauere q̃tuz sufficit:&sit proprie siru.ex capiti bz papaueris al.& ni. & se.lactucæ &uiolarum.

125 mOdus confectionis iecur secundum intentionem.G.& ē diacodion purum:cõferens eis qbz ex capite ad pectus & pulmonem subtiles cathari defluunt. & sunt causa tussis &insomneitatis.accipe x.papauera in quibus sit mediocritas inter paruitatem & magnitudinem & humiditatem & exiccatiõez & proiiciatur super ea aquæ sextarium unum & sit aqua pluuialis &si sint humida plus q̃ sicca dimittantur die ac nocte.&si sint sicciora dimittantur plus.tunc coque ea dum desiccata fuerint &aquæ duæ partes consumptæ sint.tunc uero cola succuz eius.& restat post illud consyderatio duplex quoniam si catharus subtilis fuerit & timetur fluxus eius ad pectus &pulmonem & canam & timẽtur uigiliæ. oport& tunc ut misceatur ex rob quantitas quæ sit medietas aquæ & coquatur super ignez in quo nõ sit flamma neqz fumus sed super pruna tantũ.& nõ conuenit in hac intentione mel quoniam mel ē ex dæbilitantibus acumen.quare est subtiliatiuuz & ē præter hoc quod intendimus.& quoniaz est materia subtilis ualde.& mel est ex subtili antibus.cum autem plenitudo cõtinetur in thorace & pulmone & uelis medicamen fieri abstersiuum tunc mel conuenientius ē.quonaz dormire facit & materias quæ sũt in pectore ad expellendum habilitat:& quanpoque fit medicamen ex utrisqz quando cadũt in occupatione duplicis intẽtionis.& ē dosis. eius.ʒ.i.& plus uel minus secunduz quod exigit dispositio.&oport& ut teneat eam patiens in ore suo & trahiciat ante modicum quod dissoluitur ex ea in saliua.si aũt uelis ut sit retentuz naturæ & eruptõis sanguinis a locis q̃ sũt super diafragma & ab aliis locis manationis & a partibus uiscerũ.tunc ad.i.q̃qz libram ipsius proiiciatur a catiæ. ru.hemfistides croci myrræ balaustiæ.ãñ.ʒ.i.ramic.ʒ.iiii.& administretur: & sunt qui ponunt iecur purum:& loco mellis penidias:& sunt qui ponunt zucarum.&quãdoqz exigit dispositio ægritudĩs quæ est multæ caliditatis & acuitatis ut fiat medicamẽ ex papauere nigro & sint eius capita.usqz.l. & quandoque ex al.aut.ni.& loco mellis ponitur zucarz aut pẽidæ.

mOdus confectiõis de moris 126 & est diamoron conueniens ad apostemata gutturis & uuæ &

ad omnia genera præfocationum.
℞.expræssionis mororum dulciu;
quæ currũt secundu; semitã fico℞
& mororum de sceni.ãñ.lb.i.&.5.
rob.& mellis.ãñ.lb.i.coquãtur cũ
facilitate usque ad mellis spissi-
tudinem & reconde.& sunt qui fa
ciunt medicamen istud simplex:&
sunt qui addunt &proprie quãdo
maior uocat necessitas : aluminis
myrræ croci succi acrestæ.ãñ.ptes
æquales.

126 Odus confectionis de succo
nucis & uocatur græcæ dya-
caridon conferens eis quibus a ca
pite ad pectus catharus acutus.&
subtilis defluit & ad cãnam pul-
monis.& est causa apostematu; &
præfocationũ mortis & est ad hoc
medicamen sublime:& eius mõus
est.acc.succum exterioru; corticu;
nucis in diebus canicularibus.lb.
iiii.decoque ipsum bullitiõe una.
deĩde adde ei mellis lb.ii.& coque
donec ĩpinguetur & fiat sicut mel
& post illud uobis occurrerent
intentiones.iiii.nam pro pueris &
mulierib; & hũidis natura sufficit
medicamen factum . & q̃do mor
bus est in principio aliquid de sti
pticitate habentib; misceri opor
t&.sicut sũt ro.& balaustiæ.& q̃do
in statu ẽ ægritudo crocus & myr
ra miscenda sunt . indeclinatione
uero baurac & sal ar.& similia.est
enĩ medicamen sublime &exptu;.

Ohoc de sqlla est medicamẽ
iuuamenti magni eis quibus
materia crossa &uiscosa &difficilis
maturatiõis exuberat in membris
anhelitus reddens ea; facile; ad ex
pellendum . & confert difficultati
ãhelitus &dolori pectoris &late℞
acci. succi sqllæ &mellis dispũati
cõueniẽtes decoquantur in substã
tia lohoc &accipiatnr sic lãbẽdo.

Ohoc sanum & expertum &
est ex inuentione nostra con
ferens ad tussim &raucedine; uocis
quæ est propter frigiditatem &
flegma crossũ quod cõtĩetur ĩ pe
ctore &pulmõe:acc:cynaĩ isopi sic
cæ liqr.ãñ.ʒ.5. iuiubæ sebesten.ãñ.
ʒ.xxx.passularum enucleatarum fi-
corum siccorum & dactiloru; pin
guium.ãñ.ʒ.ii.fenugræci.ʒ.v.capil
lo℞ ueneneris manipulu;.i.ani.feni
culi ireos calamenti se.lini.ãñ.ʒ.iiii.
hæc omnia coquantur in. lb.iiii.
aquæ usq; dũ remaneãt.lb.ii.& coq̃
tur & impinguentur usq; ad spissi
tudine; mellis.deinde proiiciãtur
super ipsum pinearum mundata℞
ʒ.v.amigdalaru; mũda.liquir.drag
ga.gũi arabi. mundi. amili.ãñ.ʒ.iii.
ireos.ʒ.ii.misceãtur omnia & agitẽ
tur usq; dum medicamen mature
tur & album fiat.& dosis eius est
a.ʒ.v.usq; ad.x.& sumatur lãbẽdo.

Ohoc alfessera ual& sicut
lohoc de squilla & eius mo
dus est sicut in illo & est medi-
camen expertum.

Ohoc ad caliditatem & aspe 127
ritatem pectoris & ad tussi;
calida;.acc.radicis liquir.ʒ.xv.Ses
mes pinguis.ʒ.ii.sebesten iuiubæ
ãñ.ʒ.xxv.decoq̃tur cum facilitate

cum iiii. lib. aquæ usq; ad. lib. unaz & proiiciatur super ipsum cassiæfi stulæ. ʒ.i. deinde a scofis mundetur & proiiciatur super ipsum rob. ʒ. iiii. penidiaruz. lib. s. deinde coquatur donec impinguentur: deinde misceantur cuz eis farinæ fabarum ʒ.ii. & lambatur ex eo.

Ohoc aliud nostrum inuentione hac. acc. papaueris. ʒ.x. radicis liquir. ʒ. vii. sebesten. xx. psilii granorum cydoniorum. añ. ʒ. v. coquātur cuz tribus. lib. aquæ usq; ad. i. &. s & colentur & proiiciantur super illud rob & penidiaruz. ʒ. iiii. & decoquantur iterum donec impinguentur deinde misceantur cuz eis dragg. & gũi ara. añ. ʒ. v. papaueris al. & trium granatorum. añ. ʒ. ii.

Ohoc bonũ cõferẽs ecthicis & cõsumptis & ptisicis maxime & expellit saniem de pectore & mundificat pectus & pulmonez & tussim lenit. R. papaueris al. spodii. se. lini torrefacti croci amigda. dul. añ. ʒ. iii. amili dragg. gũi ara. se. cydoniorũ se. citruli. añ. ʒ. vi. grãorum nasturtii cocti amigda. amararum fabarum. ʒ. i. &. s. penidaruz. ʒ. lx. dissoluantur & quandoq; additur puluis cancroruz ablutoruz cuz lixiuio dissoluātur penidiæ in aqua fõtiuz & coquantur & cõficiantur cuz eis cætera da. ʒ. ii. cum aqua mellis.

Ohoc ad asma bonum & cõstrictionem anhelitus & ad tussim antiquaz & subtiliat humo. crossum. acc. squillæ assatæ. ʒ. iiii. radicis lilii coelestis. ʒ. ii. isopi prasii añ. ʒ. i. myrræ croci. añ. ʒ. s. cõfice cuz melle.

Ohoc de amig. conferens ad tussim & uehementiam constrictionis anhelitus & siccitatis pectoris & pulmonis. R. amigdala. dulcium & amararum se. lini torrefacti granorum pini. ani. dragg. gũi arabi. succi liquir. & radicis eius. añ. ʒ. i. &. s. zucari penidiaruz. añ. ʒ. iii. cõfice cuz melle & succi feniculi bullitorum quantitate sufficienti.

SEXTA. DISTINCTIO. EST. DE. SIRUPIS. ET. ROBUB. QUORUM. ALIQUI. SUNT. SIMPLICES. SICUT. SPECIES IULEP. ET. ALIQUI. EXTENSAE. COMPOSITIONIS. PROPTER. ARDUITATEM. ET. MULTITUDINEM. BENEFICIORUM. IPSORUM. ET. SUNT. QUI. SUNT. EX. SPECIEBUS. SECANIABIM. ET. SUNT. QUI. CONDIUNTUR. CUM. SPECIEBUS. ROBUB. AUTEM. SPECIES. DE. SUCCIS. FIUNT. TANTUM. DE. OPERATIONIBUS. NIHIL. ALIUD. MERENTIBUS. NISI. INSPISSATIONEM. TANTUM.

ODUS operationis iulep conferens adustioni febriũ & uehemẽtiæ sitis & inflāmationi stomaci & pectoris. R. aquæ infusiõis ro. lib. v. zucari. lib. iiii. coquantur cum facilitate & administrentur cum aqua frigida.

Odus iuleb uiol. conferẽs ad fe. inflāmatiõez & aspitatẽ pe

ctoris & tussim & pleuresim & eius operatio est sicut ro.

Peratio infusionis ro. & uiol. acc. foliorum ro. & uiol. recē tium. ℔. v. ponantur in uase uitreato terreo stricti orificii & fūdātur super eas aquæ calidæ. ℔. xv. & strīgatur orificium uasis: & dimittantur per. viii. horas tunc denuo colētur & in eodem uase iterum tantūdem foliorū ro. recentiū aut uiol. mutantur & denuo eadem aqua calefacta super ea mutatur & stringatur orificium similiter per. viii. horas deinde coletur & si conseruare uolueris ponatur in uase uitreo stricti orificii & distiletur oleū in orificio eius & stringatur caput ipsius & expōatur soli dieb3. xl: & dicitur istum anuocatus. ro. uel uiol.

129 Vlep aliud ro. acc. aquæ ro. ℔. iii. zu. ℔. ii. fiat ut supra.

Vlep de succo uiol. ℞. succi uiol. ℔. iii. zucari. ℔. ii. fiat ut supra. & simili mō potest fieri de succo ro. & ē laxatiuū.

Vlep iuiubinū ual& ad aspitatē pectoris & tussiū & ī crossat sputū subtile. & facit facilē eius expulsionem confert raucedini & pleuresi. acc. iuiubarū magnarum & pinguium. c. numero decoque ī ℔. iiii. aquæ usq3 dum remaneant ℔. ii. & cum. ℔. i. zucari fiat siru.

Irupus de pomis confortās cor debile & sanat sincopiā & tremorem cordis. acc. succi pomorū dulciū & acetosorū. ān. ℔. v. coqtur succus usq3 ad cōsūptōē medietatis ipsius & dimittatur p ii. dies usq3 dum clarescat deinde coletur & cum tribus. ℔. zucari fiat sirupus: & sunt qui submergūt in succo setam tinctam ex Kermes ante succi depurationem usq3 dū rubeat & recipiat uirtutes tīcturæ & est excelentior.

Irupus de piris cōfortat stomacum & stringit naturam & eius modus est sicut sirupus de pomis.

Irupus de persicis confert calefactioni stomaci & siti & foetori oris & eius modus est sicut sirupus de pomis.

Irupus de cydoniis ualet sicut sirupus de piris & eius modus est sicut ille. 130

Irupus de succo acetosæ cōfert febrib3 colericis & inflāmatōi stomaci & confortat cor calidum & stomacum & est conueniens fe. pestilentialibus. & eius modus est sicut sirupus de succo uiolarum.

Irupus de succo curcubitæ ualet cōtra fe. colericas multæ inflāmationis & ad asperitatē pectoris & pleuresiū. acc. cucurbitā magnam & inuoluatur pasta & decoquatur in furno. & acc. expræssionis eius. ℔. v. zucari. ℔. iii. fiat ut supra.

Irupus de prunis ualet sicut sirupus uiol. & fit sicut ipse.

Irupus de granatis acetosis ualet contra febres colericas & flegmaticas multæ inflammatiōis & fit ut supra.

ualet contra

Irupus de granatis dulcibus ualet ad tussim pleuresim & sitim & fit ut supra.& sunt q emergunt in succo setam tinctam ex Kermes & est excellentior.

Irupus de corticibus citri confortat stomacum & facit oris odorem bonum.acc.corticis pomorum citri recentium.℔.i. decoque cuȝ aquæ fontiũ.℔.v.ad cõsũptõeȝ.ii.ptiũ & cũ zucari.℔.i. fiat. sirupus:condiatur cum musci granis.iiii.& sunt qui in iulep proiiciunt ex corticibus citroruȝ ptes conuenientes & proprie quando uicinatur cõpletioni cocturæ eius & est delectabilis.& quandoq; submergitur i aq̃ decoctiõis citri seta tĩcta ex Kermes tũc ẽ excellẽtior.

131 Irupus acetositatis citri cuius iuuamentum est magnuȝ in extinguendo inflãmationes.coru.&.fe.iflãmatas uehemẽtes &.fe. pestilentiæ & proprie quæ fiunt ĩ æstate uenenosa:& cõfert ebrietati uertigini & uehementi siti:acc.succi acõsitatis citri.℔.xii.decoque ĩ uase uitreato super prunas cuȝ facilitate usq; dum consumatur tertia pars ipsius.deinde coletur & dimittatur dõec clarificetur.& acc.ex eo quod claruȝ est.℔.vii.& funde sup ipsum ex iulep claro & depurato.℔.v.& coq̃tur donec inspissetur: Si autem æstas fuerit dimittatur ĩ sole dõec eius aquositas cõsũatur.

Irupus de acresta confert uomitui & solutioni colericæ & inflãmationi stomaci & siti laboriosæ &.fe.coleri.& cõfortat stõacũ prægnantium quæ facile recipiunt superfluitates:& ualet cõtra uenẽa & modus opationis eius est sicut sirupus de acetositate citri & qdaȝ condiunt cum gariof.

Irupus de granis myrthi cõfert solutioni ãtiquæ & tussi & confortat stomacuȝ & pulmõeȝ & uiscera.& eius modus est sicut sirupus de acresta.

Irupus de Kesmes cõfert tussi & pectori:decoq̃tur Kesmes sicut diximus ĩ sir.de iuiubis.

Irupus de albelac confortat stomacum & sistit uomitum & stringit uentreȝ.sumatur albelac & enucleẽtur & conterantur & coq̃tur usq; ad cõsumptiõeȝ.ii.ptiuȝ & fiat sirnpns sicutdixĩus supius.

HVCVSQVE . SCRIPSIMVS. MODOS.SIRVPORVM . SIMPLICIVM .ET.IVLEP . DE.SIRVPIS.COMPOSITIS.NVNC. SERMO.NOSTER.ERIT.DE. SIRVPIS.QVORVM.VIRTVS EST . INFRIGIDATIONIS. CONSEQVENTER . DE.HIS. QVAE .CALEFACIVNT . ET. CONFORTANT. SCRIBEMVS.

IRVPVS de papauere cõfert catharo & tussi quæ uigilare facit.acc. papaueris al.& ni.& proprie capituȝ eorũ.ãñ.ʒ.xl.& decoquantur in.℔.iiii.aquæ pluuialis usq; dum redeat ad .℔.1.&.ʒ.& cum zucari al.& penidiarũ ãñ.ʒ.iiii.fiat sirupus.

s Irupus dinari & est interpraetatio eius sirupus de bisātiis faciēns ad fe. oppilationū & febres colericas & flegmaticas quarū diffi cilis ē erradicatio & ad icteritiam. acc. succi endiuiae succi apii. ān. lib. ii. succi lupuli succi boragīs āt bu glosae. ān. lib. i. bulliant bullitione i. & dispumetur & depuretur. acci. eius purificati. lib. iiii. zucari tabar zet. lib. ii. &. s. coquantur cum faci litate usq; dum fiat sirupus: & quā doq; ad omnem partem succi depurati pōitur aceti pars. s. boni & clari. & quandoq; bulliunt in succo foliorum ro. ʒ. ii. liquir. ʒ. s. spicae. ʒ. ii. ani. feniculi. se. apii. ān. ʒ. iii. & est mirabilis.

s Ermo in sirupo acetoso. Iam magnificata est inter uerifica tores uirtus sirupi acetosi & excel lentia eius scilic&. & in comuītate posse ipsius & in materias calidas & in frigidas & subtiles & crossas & uiscosas siue adhaerentes. & siqdē uirtus infrigidationis est cito tol litur non sublata uirtute penetrationis ipsius. & hoc quidem. Gali. testatus est: quoniam eius potētia ad omnes materias est communis. & uidetur quod non ad colerā. ni. propter similitudinem & cōitatē complexionum. & nos quidem di ximus quod facit penetrare medicinas in partes in quas forte non penetrarent & facit eas acquirere diuisiuas sectiōes duri & difficilis. Et modus operationis eius ē. acc. zucari boni al. partes. v. & fūde sup illud in uase lapideo aquae fontiū dulcis & clarae partes. iiii. & decoq̄ tur semp abiiciendo spumam eius: & sit ignis in quo decoquitur pru narum aut tenuis flāmae & sine fu mo donec clarificetur: & diminuta sit aqua siue medietas eius. deīde funde super ipsum aceti uini albi clari partes. ii in leui. & in forti. p. iiii. & in mediocri partes. iii. & da ei post perfectionem in coctura. & sit dosis eius ab. ʒ. i. usq; ad. iiii. cū aqua frigida.

m Odus sirupi acetosi facti cū radicibus. cuius operatio est ad coleram crossam difficilem & ad flegma incidit enim & abstergit & aperit oppilatiōes quae sūt in epate & splene & in renibus acc. aquae fontiū clarae. lib. x. & pro iice super ipsā radicis feniculi apii endiuiae. ān. ʒ. iii. ani. se. feniculi apii ān. ʒ. viii. se. endiuiae. ʒ. s. coquātur cum facilitate usq; dum deueniat ad. lib. v tunc proiice super ipsam zucari boni. lib. iii. & clarificetur sicut prius. deīde infunde sup ipsū aceti boni quantitatē sufficientē iuxta modum superioris doctrinae & da ubi oportet.

m Odus sirupi acetosi de succis herbarū. acc. sirupi dinari partes. iii. & funde super ipsū aceti boni partem unam.

m Odus sirupi aceosi de succis fructuum sedantis incēsiōes fe. & co. ru. clarae & sitim & inflam mationes stomaci cordis & epatis acc. succi granatorum muzorū &

133

acetosoruȝ.añ. partes.iii.coquãtur cum facilitate usq3 dum diminuta sit eius pars tertia & dimittatur p duos dies usq3 dum clarescat: de quo acc. ptes.ii.iulep ptes.iii. uel plus uel mĩus &pfice coctõeȝ ĩ eo.

m Odus sirupi acetosi de succis & aquis fructuum & stringit uomitum & fluxum colericum & confortat stomacum calidum &abscindit uomitum uel relaxationem prægnantis.acc.succi cydoniorum &malorum &piroruȝ& granatorum muzorum & zanir.añ.partes æquales aquæ decoctionis sumac & berberis.añ.pteȝ.i.&.ʒ.zucari ptes.iii. fiat ut supra.

m Odus sirupi acetosi de cydoniis ualet ad uomitum & solutionem naturæ & ad sitim & cõfortat stomacum.acc.succi cydõiorum acetosorum & proprie eius qui depuratus est & factus clarus partes.x.aceti boni partem unam &.ʒ.zucari partes tres:

m Odus sirupi acetosi de põis confortat stomacum & cor & sedat sitim:&eius modus ẽ sicut sirupus de cydoniis.

m Odus sirupi acetosi de prũis & est sirupus extinguens inflammationes omnes:&confert ad sincopim & pulsum cordis & fe.inflãmatiuas & sitim uehementeȝ:& sedat ebrietatem & uertiginem & uomituȝ &est expertum.acc.aquæ prunorum acetosorum & aquæ tamarindoruȝ & succi granatorũ acetosoruȝ.añ.lib.i.aquæ acetositatis citri.lib.ʒ.coquantur cuȝ facilitate & cum. lib.i.zucari:fiat sirupus & da cuȝ aqua frigida uel aqua niuis: & quandoq3 non.ponitur in eo zucaruȝ & fit sicut rob bõuȝ &exptũ.

m Odus sirupi acetosi de põis descriptione nostra conferẽs fe.co.multi acuinis &proprie quæ accidit iuuenibȝ in æstate æstiua:& cõfert ad sitim uehementeȝ & æstuosã &stomaci &epatis inflãmatõi acc.succi maloruȝ acetosoruȝ succi acrestiuȝ siue uuæ acrestæ succi maloruȝ granatoruȝ acetosoruȝ.añ.lib. i.aquæ ro.aquæ infusionis tamarindorum & prunorum.añ.lib.i.&.ʒ. succi endiuiæ cocti & dispumati & aceti.añ.lib.ii.zucari.lib.viii.super condies cum.ʒ.ii.camphoræ.& da cum aqua melonum hiemaliuȝ uel cum aqua frigida.

S Irupus acetosus de pomis alius ualet ut supra.acc.succi pomoruȝ acetosoruȝ.lib.i.succi acetositatis citri.lib.ʒ.iulep bõi.lib. ii.da cum aqua niuis & quandoq3 submergitur seta tĩcta ex Kesmes ĩ succis &tunc fit nobilior ad causas cordis.

m Odus sirupi acetosi altereniabin & confert fe.sincopalibus calidis & siti uehementi & tussi siccæ & epati &stomaco & inflãmatiõi.accipe altereniabin.ʒ. iii.pone in uase lapideo & infũde super ipsum succi endiuiæ cocti & depurati.lib.i.bulliant ebullitione una deinde frica manibus & cola deĩde acc.aquæ ro.succi granatorum

muzorum.ā͞n.lb͞r.i.uuarum acrestiū succi aquæ acetositatis citri.ā͞n.lb͞r. ʒ.zucari.lb͞r.iii.da ut supra.

m Odus sirupi acetosi solutiōe educētis colera; & extinguit īflammationem eius.acc.prunorum siccorum sebesten.ā͞n.c.numero tamarindorum.lb͞r.ʒ.miroba.citri.ʒ.iiii.succi.ro.recentium.ʒ.iii.mānæ cassiæfistulæ.ā͞n.ʒ.iii.&.ʒ.zucari.lb͞r.iiii.fiat ex eis sirupus & post hoc funde super illud aceti:lb͞r.ii.succi granatorum acetosorum.lb͞r.i.&.ʒ.decoque cu; facilitate.deinde acc.scamoneæ bonæ.ʒ.vi.tere & liga ī panno subtili & prpiice in sirupo & decoque semper fricando pānu; usq; quo pficiatur eius deccotio.

s Irupus conferens catharis calidis & corizæ & pleuresi & tussi.acc.iuiubas sebestē.ā͞n.c.uiol.mānæ.ā͞n.ʒ.i.liqr.floru; buglossæ.ā͞n.ʒ.xii.se.maluæ cydoniorum.ā͞n.ʒ.vi.& cum zucari.lb͞r.ii.& succi malorū grana.dulciū.lb͞r.i.fiat sirup.

s Irupus de cānis conferēs ad tussim & pleuresim & sedat sitim.acc.succi granatoru; dulciu; lb͞r.iii. aquæ malorum de seni. & aquæ cannarum zucari aut penidi. ā͞n.lb͞r.i.ʒ.fiat sirupus.

s Irupus de portulacis extīguens inflāmationes febriu; & sitim & confortat stomacum & ep supercalefactum.acc.succi endiuiæ cocti & depurati.lb͞r.iiii.se.portula.ʒ.xii.terātur semīa portulacæ & fūdatur sup eas succus & dimittatur in uase lapideo die ac nocte & coquatur cum facilitate usque ad medietatem:& additis zucari.lb͞r.ii.fiat sirupus.& quādoq; additur aceti.lb͞r.i.aut succi granatorū acetosorum.lb͞r.i.&.ʒ.

s Irupus uiol. confert calidæ tussi & pleuresi.R:uiol.ʒ.ii.se.cydoniorum se.maluæ.ā͞n.ʒ.viii.iuiubas sebesten.ā͞n.xx.&coque cū lb͞r.vi.aquæ cucurbitæ usq; ad.iii.p.& cum zucari.lb͞r.i.&.ʒ.fiat siru.

s Irupus de iuiubis conferens ad raucedine; uocis & tussi; &pleuresim.acc.iuiubas:lx.uiol.se.maluæ ā͞n.ʒ.v.capill.uene.ʒ.i.se.cydonioru; papaueris melonu; lactucæ dragg.ā͞n.ʒ.iii.liqr.ordei mundi ā͞n.ʒ.viii. decoque in. lb͞r.iiii.aquæ fontium & cu;.lb͞r.i.zucari fiat sir.

s Irupus de papauere conferēs ad tussim sicca; & ptisi; & catharum faciens ad somnum.acc. papaueris al.&ni.ā͞n.ʒ.i.capill.uene.ʒ.xv.liquir.ʒ.v.iuiubas.xxx.se.lactucæ.ʒ.xl.se.maluæ.se.cydonioru;.ā͞n.ʒ.vi.coquantur in.iiii.lb͞r.aquæ usq; ad.ii.& cum zucari & penidiarum ā͞n:ʒ.viii.fiat sirupus.

IAM.QVIDEM.LOCVTI.SVMVS.DE.SIRVPIS.COMPOSITIS.ET.DE.HIS.PROPRIE.QVI.SEDANT.INFLAMMATIONES.DE.SIRVPIS.VERO.COMPOSITIS.MORBOS.FRIGIDITATIS.CVRANTIBVS.ERIT.NOSTER.SERMO ET.PRIMO.DE.SECANIABIN SPECIEBVS.PRIVS.TAMEN LOQVEMVR.DE.aqua mellis.

135b

ERMO In aqua mellis posuerunt antiqui diuersitatē in aqua mellis q locuti sūt de ipsa:& ascripserunt ei iuuamēta plurima:quæ sunt quia sitim sedat & ualet ad ægritudines frigidas & proprie quæ sunt in cerebro & neruis:& confert ad tussim humidam & mundificat pectus a sanie & humore crosso:& confert uiis urinæ & non permittit in eis lapidem generari & mundificat per urinam:& cōfert colicæ & lauat & abstergit uiscera & soluit & mundificat uētreȝ a fecibus.& bibitur loco uini in ægritudinibus neruorum & iuncturarum & est potus bonus.Inter diuersitatesauteȝ operatōis eius ponimus modos duos·Et primus est ut accipiatur mellis boni & mūdi & proprie cuius color est habens mediocritatem & proprie sicut color paleæ:quod est inter tenue & spissum & est boni odoris & quod est modice acuitatis & quod non est antiquuȝ:& sit eius pars.i.& pōe ipsuȝ in uase lapideo aut uitreato & funde super ipsum aquæ fontis dulcis & claræ partes.viii.& coque ipsum cum facilitate: & auferatur spuma eius & non dimittatur sup ipsuȝ multiplicari:immo q̄ cito apparet auferatur.deinde coletur colatorio denso de pāno:& si bibitur recens oportet ut sit multæ aquositatis & sic bibatur im permista sicut est:& ideo ē propterea quōiaȝ quæ ex ea crossa est non penetrat in uias remotas & conuertitur pp pluralitatem suæ dulcedinis in colicam & addit ad sitim.si auteȝ bibatur antiqua oportet ut fiat pinguior sicut iulep & bibenda est p mista permistione multa decēti ut sit magis aquosa & īsipida Et scito quōiam ars cocturæ acquirit ei proprietates aliquas & istud est qa parum cocta facit inflationem & minus nutrit & magis laxat.multa autem coctio inflationem resoluit & digerit & magis facit eam esse nutribilem.& minus laxare & sunt ex hominibus qui aromatizant illam cum speciebus alensanginis.sicut.zz.croco cynamomo mace & similibus & sunt qui aromatizant cuȝ gallia.musco.ligno aloes & similibus.Secundus modus operatiōis eius est.accipe mellis partē.i.aquæ fontium claræ partes.viii.& distenperetur cuȝ eis paruȝ fenugræci & proprie ad omnes.c.lbꝫ.aquæ & mellis.sint eius.ʒ.iii.& includatur in uase ligneo sicut poītur mustū ita quod remaneat ex uase uacuū sicut mensura trium digitorum.& illud ideo quia patitur ex ebullitione sicut mustuȝ:deīde post ebullitionem eius stringatur orificium uasis & sicut strīgitur uas uini & bibatur post menses.iii.si autem aromatizare uolueris ponātur ī uase species alefanginæ ligatæ ī pāno

Ermo īsecaniabi puro illud quod nos hic intelligimus ē illud cuius materia sunt res tres.s. mel.acetum & aqua.& quia aqua propter tria ponitur:& primuȝ qa

de coctura patitur plus . quare quod est causa īflātionis resoluitur secundum quia habilius & frequentius tollitur spuma eius. tertiū qa uirtute aquositatis citius facit currere uirtutē medicīæ & mel quidē aduersatur flegmati & est in melle & aceto uirtus resultans ex permistione horum quæ nō est in altero eorum tantum. & non est possibile ei qui experitur ut discordet quī sigillationem uirtutis ab utrisque accipiat quod est quia meretur permistio eius ut fiat consecutio iuuamentorum multorum propriorum quæ sunt in corpore toto & ad materias quæ sunt in iuncturis proprie quoniam resoluit eas & diuidit & subtiliat humorē crossū qui ē in stomaco & epē & ē efficax ī materias fe. longi tēporis. diuidit enim & maturat eas . Et eius modus est ut accipiantur mellis boni partes. ii. aquæ fontium claræ ptes iiii. aceti boni pars. i. & quandoq3 exigit dispositio ut addatur ad q̄titatem aceti. sicut te scire fecimus ī capitulo de sirupo acetoso & opatio eius est ut accipiatur mel & aq̄ & abiitiatur spuma eius. deinde fūdatur super ipsum acetum & decoquatur & nō dimittatur eleuari & sup excrescere spuma eius īmo oī hora auferatur ut clarescat & dum coctum fuerit reconde. dosis ē ab. ʒ. i. usq3 ad iii.

Odus secaniabin de radicib3 conferens ad fe. antiquas & diuidit & abstergit colerā crossā & flegma & abstergit & aperit oppilationes omnes & proprie quæ sūt in stomaco & epate & splene & prouocat urinā. cuius pmistio ē hæc. ℞. radicis corticis apii feni. ān. ʒ. ii. se. apii. feni. ān. ʒ. i. mūdētur cortices & conterantur & proiiciātur sup eas in uase lapideo aceti boni antiqui & al. lb̄. x. aquæ. lb̄. xii. & dimittatur die ac nocte. deīde decoquatur usq3 ad consumptionē eius tertiam. deinde coletur & proiiciatur super ipsū mel quod sit medietas eius & decoquatur cum facilitate sicut superius diximus.

Odus secaniabin solutione educentis coleram & flegma acci. secaniabin ex radicibus facti quātitatē circiter. lb̄. ii. & suspēde in ipso quando coquitur medullā carthami ligatā in panno raro subtili & frica omni hora donec perficiatur decoctio: & q̄doq3 pōitur in eo turbit & . zz. & proprie ligata in panno & suspensa. 137 b

Odus secaniabin solutione educentis melancoliam. ℞. thimi calamēti agar. liqr. buglossæ domesticæ & siluestris. ān. ʒ. i. pollipodii. ʒ. iii. cædreos camepiteos sticados bedeguard ani. ān. ʒ. v. passularum enucleatarū. lb̄. s. fundantur super ea aceti boni al. & succi buglosæ. ān. ʒ ii. & . s. aquæ lb̄. ii. & dimittantur per diem & noctem. deinde coquantur cū facilitate usq3 ad consumptionem medietatis deinde coletur & cum mellis. lb̄. iii. fiat secaniabin: & in 138

decoctione ipsius põatur in pãno epithimi. ℥.i. ellebori. ni. aur. ii. & suspendantur in ipso & fricetur sicut dictum est superius.

m Odus secaniabin de Keisin contra flegma crossum & uiscosum & putridum oppilationes aperiens epatis & splenis & urinaꝫ prouocans. acc. radicis feniculi apii petro. calamẽti dauci. ãn. ℥.i. zz. se. ani. apii. Keisim eupatorii. assari absinthii carui. ãn. ℥.i. ʃ. gar. galangæ ãn. ʒ.iii. spicæ. ʒ.ii. coque ĩ aceti. ℔. x. usq; ad mediuꝫ & cuꝫ. ℔. v. mellis fiat secaniabin.

s Ecaniabin de calamento conferens ad fe. diuturnas & duritiem splenis & uiserum & ad frigiditatem epatis & stomaci & incidit & abstergit materias crossas & putredines. ℞. radicis apii feniculi endiuiæ. ãn. ℥.i. squinanti. ʒ.ii. se. apii feniculi ani. ʒ.vi. spicæ assari masti. cassiæ calamenti agrestis & domestici. dauci petro. ãn. ʒ.iiii. gar. Keisiꝫ zz. galangæ ãn. ʒ.ii. bulliant in. ℔. viii. aceti & aquæ. ℔. vi. usq; dum remaneat tertia & adde mellis dispumati. ℔. v. & da. ℥.i. uel. ii.

s Irupus acetosus diarodõ ualens ad fe. cõpositas & ad eas in quibus corrumpitur forma & aperit oppillatiões splenis & epis. ℞. succi endiuiæ apii. ani. ℔. ii. & ʃ. radicis feniculi apii endiuiæ. ãn. ℥.ii. ro. ℥.i. liqr. ℥.ʃ. spicæ. ʒ.ii. & ʃ. ani. feniculi se. apii. ãn. ʒ.vii. proiice sup ea aquæ dulcis. ℔. vi. & decoque usq; ad consumptioneꝫ duaꝝ ptiũ & cum tribus. ℔. zucari & duabus aceti fiat sirupus. dosis eius est ab ℥.i. usq; ad. ℥.iii.

s Irupus acetosus de succis herbarum cum aromatibus oppilationem aperit: & morbos oppilationum curat & ualet ad fe. pmistas. acc. succi feniculi endiuiæ apii lupuli cocti & dispumati. ãn. ℔. ii. succi buglosæ. ℔. i. ro. spicæ ʒ.iii. liquir. ʒ.viii. se. ani. fẽniculi apii raued. eupatorii. absinthii cuscutæ ãn. ʒ.v. zucari ℔. ii. & ʃ. aceti. ℔. ii. condias cum galliæ aromaticæ. ʒ.ii.

s Irupus de menta stomacum frigidum confortat nauseam uomitum fluxum uentris & singultũ sedat. acc. succi mẽtæ. ℔. i. succi granatorum dulcium & acetosoꝝ qui iam cocti sunt ad medietateꝫ ℔. ii. mellis uel zucari ℔. i. coquatur & ministretur.

s Irupus de menta inuentione nostra & est excellentior priore. acc. succi cydoniorum muzoꝝ & dulcium & succi granato. acõ. & dulciuꝫ & muzoꝝ. ãn. ℔. i. proiiciatur super eos mentæ siccæ. ℔. i. ʃ. foliorum ro. ℥.ii. & dimittatur per diem & noctem deinde coquatur cum facilitate usq; ad mediuꝫ & cũ mellis uel zucari. ℔. ii. fiat sirupus & aromatizatur cum gallia.

s Irupus de absinthio cõferẽs ad casum appetitus & debilitatẽ stomaci & mollificationem uiscerum & debilitatem epatis & doloreꝫ. acc. absinthii rhomani. ℔. ʃ. foliorum. ro. ℥.ii. spicæ. ʒ.iii. uini

antiqui boni & odoriferi ſucci cy-
doniorum.ā̄n.lb̄.ii.&ſ.dimittatur
per diem & noctē in uaſe lapideo
deinde coquatur cū facilitate uſq;
ad medium.& cum mellis.lb̄.i.fiat
ſirupus expertus nobilis.

Irupus abſithii alius exptus
acc. abſinthii rhomani.ʒ.c.
decoquatur in aquæ.lb̄.iii.uſq; ad
tertiam parte3:deinde fricetur ma
nibus &coletur.&cu3 mellis &uini
ā̄n.lb̄.i.fiat ſirupus.

Irupus de fumoterræ maior
ſtomacum cōfortat & epar:
oppilatione3 aperit:morbos cutis
curat:& proprie quorum materia
ſunt hu.aduſti & ſalſi ſicut eſt ſca
bies & impetigo ſerpigo & lepra.
acc.miroba.citri & Ke.ā̄n.ʒ.xx.flo℞
boraginis uel buglo ſæ uiol.abſin-
thii cuſcutæ.ā̄n.℥.i.liquir.ro.ā̄n.℥.
ſ.epithimi pollipodii.ā̄n.ʒ.vii.pru
norum & paſſularum enucleataru3
ā̄n.lb̄.ſ.tamarin.caſſiæfiſtulæ.ā̄n.℥.
ii.hæc omnia bulliant in aquæ.lb̄.
x.uſq; du3 deueniat ad.lb̄.iii.& cu3
ſucco fumiterræ cocti & depurati
& zucari.ā̄n.lb̄.iii.fiat ſirupus.

Irupus de fumoterræ minor
deſcriptione cognita:cōfert
co.aduſtæ & ſcabiei & prurituí &
puſtulis & ægritudinibus flegma-
ticis ſalſis epatis oppilatiōe3 apit
&cōfert icteritiæ citrinæ &colore3
efficit bonum. acc.miro.citri.℥.ii.
uiol.cuſcutæ abſithii.ā̄n.℥.i.coꝗtur
cum.lb̄.vii.aquæ uſq; ad tertia3.p.
& acc.ſucci fumiterræ cocti & di
ſpumati.lb̄.ii.zucari lb̄.ii.da.℥.i.

uel.ii.&ꝗdā ſuſpēdūt in eo dū coq
tur ſcamōeæ.ʒ.ſ.ligatæ ī pānoraro.

Irupus de liquir.cōfert tuſſi
antiquæ & mūdificat pulmo
ne3 &pectus.℞.liquir.℥.ii.capillos
uene.ʒ.i.iſopi ſiccæ.℥.ſ.proiice ſup
illud.lb̄.iiii.aquæ & dimitte p diē
& noctem.deinde coquatur ad me
diū.poſtea proiice ſuper illud mel
lis &.zz.&pēidia℞.ā̄n.℥.viii.aquæ
ro.℥v.i.fiat ſirupus & admiſtretur.

Irupus de iſopo cōfert aſma 140
ti tuſſi dolori pectoris & la-
certoru3.℞.iſopi ſiccæ radicis apii
petro.feniculi liquir.ā̄n.ʒ.x. ordei
mundi.℥.ſ.ſe.maluæ dragg.ſe.cydo
nioru3.ā̄n.ʒ.iii.capillo.ueneris.ʒ.vi.
iuiubas ſebeſtē.ā̄n.xxx.numero paſ
ſularum enucleatarum .ʒ.xii.ficos
ſiccos & dactilos pingues.ā̄n.x.al
barum pēidia℞ lb̄.ii.fiat ſirupus:

Irupus de praſſio confert ſēi
b3 &frigidis natura &ægritu
dinibus pectoris &eoru3 tuſſi anti
quæ & aſmati a flegmate croſſo &
putrido & ei proprie cuius diffici
lis ē ſeparatio.acc.praſſii.℥.ii.iſopi
ſiccæ capillo.uene.ā̄n.℥.i. calamēti
ani.radicis apii.ſēi.ā̄n.℥.v.ſe.maluæ
fenugræci ireos.ā̄n.ʒ.iii.ſe.lini ſe.cy
dōio℞.ā̄n.ʒ.ii.paſſula℞ enuclea.℥.
ii.ficos ſiccos pigues.xv.pēidia℞
lb̄.ii.mellis boni lb̄.ii.

Irupus de calamēto cōfert
ſpleneticis & frigida haben
tibus uiſcera & ſenibus & tuſſi an
tiquæ & aſmati:℞.calamenti dōe
ſtici & ſilueſtris.ā̄n.℥.ii.Keſi3 dauci
ſquinanti.ā̄n.ʒ.v.paſſularum enucle.

℔.ʒ.mellis.℔.ii.

Sirupus de calamento ualens ad singultum & ad uomitū de colera ru.uel flegmate & de hūoribus crossis colericis.acc.succi calamenti ℔.iiii.succi mali granati acetosi cū pulpa sua superiori ℔.v.uini odoriferi.℔.iiii.coque usq; ad medietatem.deinde dimitte p dies.ii.ut resideat & cum ℔.iiii.zucari fiat sirupus & aromatizetur cum.ʒ.ii.galliæ aro.& reponatur in uase uitri.& stringatur orificium eius & dimittatur in sole p dies.xl.

Sirupus de thīo cōfert ægritudinibus pectoris & pulmonis frigidis & stomaci & epatis & est eis medicamen bonum & cōfert rigoribus qui fiunt in hyeme & cōfert frigidis complexione.acc.extremitatū thimi.℥.ii.calamēti mētæ siccæ.an̄.ʒ.v.ani.feniculi apii dauci an̄.ʒ.iii..passularum enucleatarū.℥.iiii.& ī mellis.℔.ii.fiat sirupus aromatizetur cum galliæ.ʒ.ii.

141 Sirupus de eupatorio cōferēs febribus antiquis & proprie eis quibus corrumpitur forma stomaci & epatis oppilationē aperit & confert frigiditati & mollitiei & uentositati in eis & dolori hipocūdriorum & inceptioni hydropisis.acc.radices apii feniculi ēdiuiæ.an̄.℥.ii.liquir.squinātī cuscutæ absinthii ro.an̄.ʒ.xvi.capillo.ueneris bedeguard sucaha florū buglosæ āt radicis eius ani.feniculi eupatorii.an̄.ʒ.v.raued.masticis.an̄.ʒ.iii.spicæ assari folii.an̄.ʒ.ii.coque ī aquæ.℔.viii.usq; ad tertiam & cum zucari ℔.iiii.fiat sirupus cum succi apii & endiuiæ quantitate sufficienti.

Sirupus de epithimo.co.ni.& humo.adustos cū uirtute expellens & morbos ex eis factos curat:& confert eis proprie q pati sunt ad leprā & cancrum patiūtur & uulnera fraudulenta & fistulas & scabiē & saphati.℞.epithimi bōi ortensis.ʒ.xx.miroba.citri.in.an̄.ʒ.xi.cuscutæ fumiterræ.an̄.ʒ.x.thimi buglosæ calamenti embli.bel.liqr.pollipodii agari.sticados.an̄.ʒ.vi.ro.se.feniculi ani.an̄.ʒ.iii.&.ʒ.pruna.xx.passularum enucleata.℥.iiii.tamar.℥.ii.&.ʒ.zucari.℔.iii.rob.℔.ii.fiat sirupus.

Sirupus de sticados expertus ad oēs ægritudines neruo℞ frigidas sicut est paralysis spasmus epilepsia tremor & tortura & ad quartanas & febres lōgi temporis ℞.florum sticados.ʒ.xxx.hasce calamenti origani .an̄.ʒ.x.ani.piretri an̄.ʒ.vii.piperis longi & nigri.ʒ.iii.zz.ʒ.ii.passularum enucleatarum.℥.iiii.mellis.℔.v.condies cum cynnamomi calami aroma .croci.zz.piperis longi & ni.an̄.ʒ.i.&.ʒ.liga in panno raro & suspende in sirupo dosis eius est.℥.i.cū aqua decoctionis spicæ & aliKili

Sermo ī mellicrato & cōdito sunt ex hominib; qui uocāt mellicratū potū factum ex melle & uino.& conditum quod ex melle & uino & speciebus fit.& sunt ex hominibus qui uocant utrunque

utroq; nomīe:& mōi eorū sūt diuersi& sūt ad adiuuamēta multa.sicut ē frigditas stōaci &epīs & mollities ī eis: iuuātur eīz potu ipsorum & conferunt uentositatibus hipocondriorum:& faciunt oris odorez bonum &corporis colorem bonū. Et modus eius est. acci.uini boni antiqui.lib.x.mellis boni & dispumati.lib.ii.proiice super ea cynnamomi bōi & subtilis.ʒ.v.spicæ.aro. ʒ.i.gar.zz.ligni aloes macis.ān.ʒ.iiii. heil.ʒ.ii.croci.ʒ.i.&.s.tere trituratione crossa & coletur in colatorio de panno denso & aromatizetur cum musci.ʒ.iii.

Odus cōditi de citro.stomacum & cor confortat &epar & proprie debilem digestionem procurat & oris odorem efficit bonum.accipe corticis citri uel foliorum eius.℥.iiii.cydoniorum.ʒ.ii. poma odorifera numero quattuor diuidantur in frusta. & accipe adhuc ex speciebus quas diximus supius quantitatez eandem & fūde super eam uini antiqui.lib.viii. & dimitte per dies duos &postea coque ebullitione aliqua:&cuz mellis dispumati & zucari tabarzet.ān. lib.ii.aquæ ro.lib.ii.coq̃tur ad spissitudīez mellis & ī fine arōatizetur cum musci.ʒ.unius quarta:si autez illud recens propinabitur sufficit parua in eo decoctio & bibatur impmistum.

Onditum de citro aliud ualens ad debilitatem stomaci & epatis & quibus accidit lesio pp frigiditatez &uentositatem &facit digerere cibum & confortat appetitum &est efficax ad pulsuz cordis accipe cortices citri.℥.v. buglosæ ℥.i.&.s.marmacur.℥.s.gar.au.i.ligni aloes aur.s.terantur & proiiciātur super ea uini boni.lib.iiii.& dimittatur diebus tribus:deinde proiiciantur super ea zucari tabarzet lib.ii.& aromatizetur cum aur.s. galliæ.croci.ʒ.unius quarta mastic. ʒ.i.musci.ʒ.unius sexta.

Odus conditi de buglosa. boni & experti ad pulsum cordis:& debilitatem stomaci malitiam digestionis & casum appetitus & corruptionem formæ.Rx.buglosæ mētæ siccæ foliorum ro.corticis citri aut foliorum eius.ān.℥. iii.alfelengenist.℥.i. trium generuz cydoniorum & trium generum pomorum.ān.℥.i.&.s.setæ crudæ incisæ nucis muscatæ &zedoariæ galābeen utriusque sandali citri croci ān.℥.i.&.s.ligni aloes.ʒ.ii.uini & aquæ.ān.lib.vi.mellis.lib.viii.aromatizetur cum musci.ʒ.unius tertia & galliæ.ʒ.ii.

Odus conditi de cydoniis & est miua.stomacum &epar & omnia uiscera confortans appetitum excitans.digestionez procurās uomitum & uentris solutionem sedans et est medicina experta et famosa.acc.succi cydoniorum aceto sorum.lib.xx.uini bōi.lib.x.coq̃tur cū facilitate dōec consumpta sit eius tertia semper auferēdo spumā eius &coletur &pmittatur residere

143

ut clarescat: deinde proiiciantur super illud mellis boni & dispũati lb. vi. & iterum bulliat & auferatur spuma eius. & proiiciantur super illud species alefanginæ ligatæ in panno suspenso ĩ medicamĩe: & sit proprie cynami. heil. ãñ. ʒ. iii. gar. ʒ. ii. zz. masticis. ãñ. ʒ. i. & ℈. croci. ʒ. ii. ligni aloes macis. ãñ. ʒ. i. & ℈. & oĩa præter crocum terantur contritione crossa. & suspendantur ĩ panno sicut diximus omni hora fricando illud sup medicamĩe donec fiat ei spissitudo. deĩde arõatizetur cuʒ musci. ʒ. i. tertia galliæ. ʒ. ii. & sunt ex hominibus qui faciunt ipsuʒ sine speciebus & sunt qui ponunt loco mellis zucarum quando oportet & faciũt cuʒ speciebʒ & sine eis.

c Onfectio miuæ simplicis ualens sicut diximus superius. acc. succi cydoniorum. lb. c. & ponantur in uase lapideo mundo & bulliat cum facilitate semper auferẽdo spumã eius usq; ad cõsũptionem medietatis. deinde coletur & dimittatur modicuʒ residere sicut per horas tres. & proiiciantur super ipsum uini antiqui. lb. xl. deinde coquatur super prunas usq; dum spissitudinem habeat. & sunt qui loco mellis ponunt zucarum. & sũt qui faciunt cum speciebus & qdaʒ sine eis & arõatizetur sicut dixĩus.

c Onfectio miuæ acetosæ ualʒ ut supra & proprie quando apparẽt significationes caliditatis. acc. succi cydoniorum acetosorum lb. xl. & coq̃tur usq; ad cõsũptõeʒ medietatis. deĩde funde sup ipsum aceti bõi & alb. lb. lxx. & fiat sicut diximus.

c Onfectio miuæ alterius. acc. succi cydoniorum acetosoꝝ lb. lxx. & proiice super ipsuʒ mẽtæ siccæ & foliorum citrorum. ãñ. ℥. viii. foliorum ro. ℥. iii. bulliant usq; ad mediũ. deinde colentur & fũde sup succuʒ uini antiqui al. lb. xxv. deĩde cõpleatur decotio eius sicut diximus cũ spẽbʒ uel sine spẽbʒ: & sũt q faciunt cuʒ uino ãt cũ aceto.

ramentis aperientibus nares & de oppilātibus colatorius erit digni or operatio. Hoc est quod. G. precepit nisi forte agitationē timeas in materia quæ multum fluit dis ruptius propter inquietatōem & a gitationem eo quod sternutatio ē suspecta in principio. Et quādoq; materia quiete indig&:ut maturo tur. & enim maturatio multiplicat & dilatat materiam & facit eam cō sequi motus laboriosos & uehemē tes. At uero post cathari maturatō nem est eius iuuamentum sublime mundificans radicem & ad hoc iu uantius post corporis totius mun dificationem comunem & propri am. Gargarismata quoq; necessaria sunt:& prohibentur interdū. & īue nimus iuuamentū eorum in tribus cōpetere casibus. Primus. s. ad ca tharum acutum & calidū cum re bus incrossantibus & coadunāti bus eum. ut prohibeatur desēsus eius ad profundum & fiat facilis ad expellendum & excreādum: qui propter acumen & subtilitatem aggregari non poterat. Secundus autem ad catharum cuius materia multæ ē uiscositatis & spissitudīs & querimus subtilitatem eius & di uisionē ut facilius expellatur. Ter tius quādo timēus materiā figi ī faucibus & querimus abstersionē & mundificationē. At uero in. iiii. casibus gargarismata administra re suspectum ē. Primus est timor & suspitio cathari ad pectus, & pul monem fluere consueti. Secundus est si catharus de genere acutorū est & subtilium & mordicantium Tertius in præfocationibus quæ fiunt subito. Quartus est si catha rus est uehemens & multus. In his quidem casibus gargarismata agi tāt materias:& conuertunt eas ad uias pectoris & pulmonis & faucū & eas multiplicāt. Amplius tamen gargarismata secundum unū quoq; modorum fiūt aliud enim partem nobilem per ignobilem purgat. Aliud sistit fluxum: aliud stringit quod fluit: aliud alterat quod fluit. Aliud uero est quod aggre gat duas intentiones uel plures ex his quæ diximus. Exemplum uero primi est diamoron administratō cū decoctione rosarum & balustia rum & taliū. Exemplum secūdi est administratio generum salis & īci siuorum & similium. exemplum tertii ē administratio camphoræ ad calidum & myrræ ad frigidum exemplum qnarti est: agregatio in tentionum extremitatum aut fricatiōes & uentosationes ad hoc in eis multum conferunt: exercita tio autem & motus partium in feriorum sunt iuuatiua ualde. Ex maximæ aūt diuertentibus mate riam cathari ē ut radatur caput in parte cōmissuræ coronalis & uoca tur cuhendeg. i. continuatio capi tis & fricetur super illam uehemē ter cū cepe acuto aut cū sqlla aut cum panno aspero. deinde pona tur super ipsum medicamen rubi ficatiuum usque dum fiat uesica

tio deinde aperiantur uesicæ:&po natur quod fluere faciat: deinde i teretur usque dum appeat sanitas Quod si hæc non contulerint cau terizetur in eodem loco & dimit tatur tempore extēso.& sit locus cauterizationis ubi terminatur maior digitus postq̄ radicem ma nus in extremo narium posuerit Quartam uero rem complent ca thari fluxum abscindētia. Et sūt ex stollidis qui ante digestionem ipsius & mundificationem comu-nē admistrāt huiusmōi.īmo ī me dio agitationis quandoque:& est causa cumulationis & multiplica-tionis ipsius deinde disruptionis uehemētis.sit ergo studium erga hoc post corporis mūdificationē & post sedationem agitationis ue hementis:ut abscindatur residuū fluxus ipsius & fortassis in aliqui bus casibus cogimur in prin-cipio facere illud & proprie aut quia timemus ne repat in profun dum aut in partes nobiles:aut ne nobiliū & necessariarū operationū fiat destructio illico sicut ē catha rus prefocatiuus subito. Et fortas sis regimen diuersiuum uiæ eius est hoc nobilius &securius īmo re gimen abscisiuum quod diximus est regimen dubium. Et illud ideo quod possibile est ut disrumpa-tur deīde fluxu disruptiori q̄ pri us & timoroso. Et regimen diuer siuū lic& dilat& materiam & mul tiplic&.tamen conuertit multipli catam ad partē comunē nō timo

rosā. Sedationē aūt cursus faciētia Alia sūt gargarismata alia suffūiga tiōes alia quæ retinentur ī ore:alia quæ odorantur.alia quæ deglutiū tur alia quæ labuntur.ex gargaris-matibus aūt ad catharꝝ calidū sūt aqua.ro:cū modico cāphoræ aut aqua lentium &.ro.& balaustiarū aut aqua coriandri &.ro:aut aqua corticum papaueris &ro. Ad frigi dum uero gargarisma fiat cum ui no decoctionis myrræ aut olibani aut sandaracæ aut talium. Ex suffu migationibus uero ad calidū sūt semen lini infusū in aceto & tore factū.deinde fiat suffumigatio cū eo:aut ex ordeo &aceto.aut ex sul fure & aceto:sandaraca quoque cū aceto iuuamenti ē sublimis.& ua por aceti super lapidē mollarē ignitum.&similiter uapor cāpho ræ cū sulfure &aceto aut cū ordeo fracto & aceto.aut ex cāphora so la puluerizata sup uase uitreo po-sita super prūas præter quā descē dat uapor eius ad pectus & pulmo nē īmo respiretur &demulgeatur per nares.fabæ quoque & ordeum infusæ in aceto.similiter cōferūt & simile fit de pannolini infuso in aceto. Ad frigidum uero suf-fumigia conferentia sunt quæ ex storace sicca fiunt & olibano.& xi loaloes. &sandaraca mistis & diui sinigellæ quoq; torefactæ tritæ & ligatæ in panno lini & attractio naribus odoris eius.aut suffumi-gatio facta ex ea est mirabilis:co-sti etiam & nigellæ suffumigium

213 b

dicinæ quæ alterando custodiunt sãitatẽ oculi:aut.s.calefaciẽdo:aut ĩfrigidãdo aut hũectãdo:aut exiccãdo. Tertiã rẽ cõplẽt medicĩæ cõfortãtes sãitatẽ eius ĩ plasmate & forma creaturæ ipsius:&hũc canonem ingrediuntur medicinæ cõfortanres lenificationem:aut asperitatem & perforationem & concauitatem partium eius sicut oport& ex his quæ dicemus ubi oport&. Quartã rem complent medicinæ custodientes sanitatem eorum & continuitatem ipsorum & prohibẽtes resolutionem fieri partium cõtinuarum ipsis quarum rememorabimur si deus uoluerit. Quintam rem complẽt medicinæ reparãtes spiritum uisibilem:illustrãtes &radiãtes ipsũ quorum similiter rememorabimur. Democritus. Coliriuz feniculus oculũ abstergit & uisum rificat secũdum omnem modum administrationis eius & serpentes & reptilia & diu degẽtia in cauernis approximant huic plãtæ.&utũtur ea in comestione & fricatione super oculos suos postq̃ egrediuntur cauernas & uigoratur uisus eorum fit autem coliriũ ex succo huius hoc modo.accipe succi fẽiculi depurati post residentiam eius & facilem coctionem ipsius in uase æneo cum minimis auri puri & sufficientem de colationem.p.i mellis puri & clari.partis unius tertiam: bulliant iterum ebullitione.i.& coletur & ponatur in ãpulla uitrea & suspendatur in sole & permutetur de uase in uas abiciendo sẽper hippostasiuuz eius deinde fiat ex eo colirium & distilletur cum radio in oculo:est enim expertum ad custodiendam sanitatem eius.abstergit enim oculuz & clarificat uisum.& quandoque depuratur tãtum in sole præterq̃ decoquatur in igne & est expertum & sũt ex hominibus qui admiscẽt ex felle galli partis.i.uigesimã. Aristoteles instruens Alexandrum regem. Inquit frequentationes pectinis super caput uapores uisum ĩpedientes euertrnt a cuti ne uisui obsint. Inquit etiam aspectus rerum uiridium in loco multæ temperiei uisum coroborat. Item dixit aspicere speculum tersum directuz & diu ĩtueri super ipsum uisuz corroborat & oculi defatigatõnẽ remou&. Iteȝ ĩ iunxit post oculi defatigatiõem.ingredi domum obscuram non multæ tenebrositatis & intueri per fenestras in quibus sit aliq̃d paruum uiride uel intueri aquam uiridem & submergere oculos in ipsa. Item dixit exercitatio legendi litteras mediocres coroborat uisum & oculorum sanitateȝ custodit. Diasco. dixit. quod comedere carnes auium quæ de rapina uiuunt uisum corroborat.& similiter sorbitiones iurium earum & asserunt etiam plures post ipsũ & experti sunt quod ius serpẽtum & caro ipsorum confortat uisum & dixit quod succus armel & feniculi & uinum & mel simul cocta:&

depurata:deinde mixta cum felle alcubugi:aut gallīæ oculi sanitatē custodiunt & inuisum addunt. Sabor nux mus. nutrita cum melle uisus sanitatem custodit. & proprie sumpta una ex eis in mane quolib& in ieiunio. Kebu. quoq3 cūditi similiter faciūt. Itē colirium mirabile in abstersione oculorū & corroboratione uisus & fit in tempore ueris accipe foliorꝝ feniculi foliorum herbæ adhil foliorum chelidoīæ. ān. partes æquales: trahatur aqua eorum per sublimationem in alembico. sicut est operatio aquæ. ro. & conseruetur in uase æneo est enim colirium preciosum. Mahom& filius Zachariæ. arazi colirium de succo granatorum dulciu3 & acetosorum. ān. lb̄. i. ponātur in ampulla uitrea & strīgatur orificium eius & exponatur soli per mēses duos. ita quod quolib& mēse recipiatur claꝝ eius: & abiciatur fex ispius quæ subsid&: deīde ad omnē. lb̄. istius succi ponatur puluis iste. ℞. aloes radicū chelidōiæ salis ar. piperis lō. ān. ʒ. i. terrantur sicut alcohol. & misceātur cū medicamine: & iteꝝ exponatur soli & quanto plus antiquatur tanto sublimior est eius operatio. Feniculus uerbena rosa chelidonia ruta. Ex his fit aqua quæ lumina reddit acuta. Gali. commestio carnium tirorum præparatorum secundum doctrinā qua recipiuntur in tyriaca cōseruat sanitate3 uisus & est ad hoc ultimu3. Frequentare potum aceti squillitici ad hoc est multū laudabile trifera magna: & trifera minor ad hoc est laudabilis & proprie minor cum quarta ponderis sui de puluere herbæ adhil trifera persica quā diximus ī ātidotario & electuariū algalif. & pillulæ cochiæ & pillulæ lucis. & pillulæ sabor quas diximus in canone & iera nostra & theodoricon ad hæc cōferūt Innaī cōfectō elctuarii sublimis cōseruantis sanitatē oculorum & cōfortātis spiritū uisibilē ī claritate sua. ℞. herbæ adhil. ℥. ii. sēis fēiculi. ʒ. v. macis cubebaꝝ cynnamomi piperis lō. gar. ān. ʒ. i. puluerizentur & cribellētur & accipe mellis dispūati. lb̄. i. succi feniculi cocti & depurati. ℥. i. succi chelidoniæ similiter cocti. ℥. s. coquātur succi cum melle usq3 dum mellis tenuē habeāt spissitudinem cōficiantur cum eo speties & reseruetur in uase uitreo & sit dosis eius ʒ. iii cum uino in sero & alleuietur coena uel dimittatur & similiter ī mane. Hamec. Coliriū acuens uisu3 & oculi sanitatem custodiens. Accipe succi feniculi. ʒ. xl. succi rutæ ʒ: xx. ponatur in ampulla uitrea cū mellis boni & clari. ʒ. xv. & obturetur orificium eius & dimittatur ī sole per tres menses & abiciatur fex eius & liniātur ex eo oculi quoniam est expertum. Filius Zachariæ. Confectio alcohol conseruans sanitatem oculi. ℞. thucie sief memite. ān. ʒ. iii: aloes. litii. ān. ʒ. ii. camphoræ. ʒ. unius sextam terātur cum

aquæ acrestæ aut sãsuci.aut sumac & exiccetur & administretur:aut nutriãtur prius cum aqua acrestæ. secundo cũ aqua sansuci:tertio sumac:& est sublimis. Idem cõfectio alcohol acuentis uisum.℞.thutiã prius lotam.deinde nutritã prius ĩ aqua sansuci tribus uicibus:& accipe eius succi.ʒ.x.zz.pipis.macropipis chelidoniæ baurac.añ.ʒ.i.sal.ar.ʒ.s.nutriatur cum aqua sansuci aut cum aqua feniculi.tribus uicibus:deĩde exiccetur & administretur.est enim sublime si deus uoluerit.Filius Zachariæ colirium cõfortans uisum & acuens ipsum.℞.fellis galli.aut alcubugi:aut pdi.mellis crudi.añ.partes æquales:succi feniculi.p.ii.misce & pone ĩ oculis probatum.Idem cõdimentũ factum ex halasce cum melle cõfortat uirtutem uisus.Idem cõdimẽtum factum ex herba adhil.cum melle mirabile est ĩ cõfortatione nisus:immo etiam ipsa herba secundum oẽs modum administrationis eius est sublimis.Habuali alcohol sublime tersiuum oculorum & conseruatiuum sanitatis uisus.℞.macropipis ʒ.ii.gario. usnex.añ.ʒ.i.climiæ spũæ maris.añ.ʒ.x.æris usti.ʒ.v.cerusæ salisgẽ.añ.ʒ.iii.salis armõi.pipis.añ.ʒ.ii.camphoræ.ʒ.s.terantur &administrentur.Idem alcohol.quod admĩstratur ĩ dispositionibus sanitatis: confortat enim debilem uisum & conseruat ipsum secundum sãitatem suã:& sedat multitudinem lacrimarum ex oculo.℞.antimonii loti &preparati in aqua plu.circiter spatio dierũ.xx.thutiæ & climiæ añ.ʒ.vi.marchasitæ.ʒ.iiii.tere unumquodque p se:& tere ea bene p dies plurimos cũ aqua pluuiali multociens donec exiccetur aqua eorum deinde terantur cum aqua feniculi pluries cũ continuitate aliquorũ dierum similiter donec exiccetur: tertio uero terantur cum aqua sansuci:quarto uero cum aqua rutæ. quinto cum aqua chelidoniæ:deĩde exiccentur & addatur cum eis sedenigi & croci.añ.ʒ.i.margaritarum non perforatarum.ʒ.ii.musci.ʒ.i. tertiam camphoræ.ʒ.i.vi.&proiice ipsa simul in mortario cum prædictis:deinde adde eis suc.ʒ.s.& tere usque dum siccentur.& fac inde alcohol mane &sero:quoniam ẽ expertum si deus uoluerit:Ex rebus aũt oculi substantiam reiuuenescere facientibus:est regimen cum electione rerũ.vi.ea administratione qua oculi &corpori teneritas acqratur sicut uerbi gratia cum approximatione inquantum possibile est ad aerem temperatũ:&cibos &potus humidos & balnea temperata & alias humectationes cum temperie preterq̃ faciant cadere in oppillationem.Dixit Albuali quod ingredi aquam tepidam claram & aperire oculos in ea oculorum sanitatem custodit.& eorum teneram reddit substãtiam & abstergit & similiter aquam uidere claram lucidã uapores autem aquarũ cum decoctione quarũdam rerum ad hoc

uehemẽter conferũt. ſicut uapor aquæ decoctionis feniculi aut rutæ aut herbæ adhil: & ſimilium ſingulariter aut coniunctim.

DE.CVRA.PRAESERVATIVA.OCVLORVM.

Vra uero præſeruatiua ab ægritudinibus futuris fieri in ipſis duplicem hab& ui ã partĩ enĩ; præſeruaũs naturalitate; queãdmodũ ſupius dictu; eſt: partim uero obuiamus caĩs futurorum morborum extrinſecis uel intrinſecis. Extrinſecis ſicut fumo. uẽtis cibis malis: & potibus. & aliis quorum ſuperius rememorati ſumus. Intrinſecis obuiamus ſecũdũ unum. v. modo℞. aut enim conuertimus ſtudium ad permutandum malitiam complexionis puræ ſine materia uel cũ materia. ſi non inquãtitate exuber&. aut euacuamus eam ſi uincit ſupra quãtitatem naturalem uel egreditur propriam naturalitatem. aut facimus utrũq; aut corrigimus aduentũ prædicti in organizatione eorum aut prohibemus ſolutionem continuitatis futuram fieri in ipſis. Et primam quidẽ rẽ complent medicinæ auxiliantes in permutando malitiam complexionis eo℞. ſ. aut calefaciẽdo aut infrigidando. Calefaciẽdo cum eo quod eſt ſicut. zz. muſcus hueg. pipera & ſimilia. aut infrigidãdo cum eo quod eſt ſicut albumen oui mucillago pſilii aqua. ro. ſuccus ſolatri portula. lactuca & ſimilia. aut deſiccãdo cu; eo quod ẽ ſicut thucia cohol roſæ & ſimilia aut liniẽdo ſicut albumẽ oui & ſimilia. Secundam uero re cõplent medicinæ euacuantes materiam & educentes eam. & hoc quidẽ fit ſecundu; unu; trium modorum. aut ſecũdum ſemitam diuerſionis ab eis. aut ſecundum ſemitam extractiõis ab eis aut ſecũdũ ſẽitã reſolutiõis ex ipſis. Euacuatio aũt & euerſio materiei quãdoq; fit ex corpore toto ſi in toto exuberat aut ex capite ſolo ſi in eo ſolo exuberat: & ingrediuntur canonem hũc ſpeties flebothomiæ & ſpeties ſolutõnũ per uentrem & caputpurgia & gargariſmata & uentoſæ & ſcarificatiões & fricationes extremitatu; ex eis quæ diximus & dicemus iam. Extractio aute; materiei fit per medicinas educentes p lachrymas ſicut eſt proprie ſal armoniacus & ſal: & ſimilia. Reſolutio quoque fit ex medicinis proprie ſicut ſarcocolla & ſuccus feniculi & memite & ſimilia. Tertiam uero rem complent agregationes harum duarum intẽtionũ de quibus modo locuti fuimus. & canonem hunc ingreditur regimen in generibus rerum. vi. Quartam uero rem cõplent medicinæ ſeruãtes organizationem eo℞ & forma; ne; cadat ĩ eis tortuoſitas aut opplõ: aut dilatatio ultra decẽtiã. Quĩta uero rem cõplent medicinæ ſolutiuæ in continuitatem eorum fieri prohibẽtes de quibus loquemur ſi deus uoluerit. Flebothomari aũt

oport& propter oculos si sanguis exuberat cum comunitate totius corporis ex basilica: deinde ex cephalica & quandoque necessitas urg& & proprie cum plenitudo adest ut flebothomamus saphenas aut hæmorroidas aperiaũs. si aũt cum comunitate alicuius ex mẽbris fuerit flebothomanda est uena illi proprie membro deseruiẽs deinde utriusq; cois si uero sine comunitate aliorum in capite sanguis exuberat tunc fit illud aut ex eo quod ĩ toto exuberat & tũt excephalica minuẽdus ẽ: aut exuberantia est secũdũ partem qdez. aut ex uenis quæ subcraneo sunt & flebothomamus ex cephalica deĩde guidez uel prouocamus sanguinem ex naribus aut ex uẽis forĩsecis quæ sũt sicut scis quædaz frõtales: & flebothomamus ex eis. aut saguisugas aut cauteria sup eis apponimus. Et quandoque cõuertimus & euacuaũs per nares. Et quã doque conuertimus ad posterius capĩs cum scarificationibus & uẽtosis propter comunitatem ãbarũ partiũ sicut scis. Et sũt ex uẽis pulsatilibus & nõ pulsatilib; quæ sũt tẽporales p q̃s aut materiæ cõfluũt quas quãdoq; flebothomamus quandoq; incidimus sicut suo loco dicemus quandoque cauterizamus sub eis. Modus autem cauterizationis harum partium si urget necesitas fieri oportet post corporis mundificationẽ totius cum medicina solutiua mundificante etiã caput ipsum & corpus totum & hoc pluribus uicibus. & primum incipiamus experiri sup cauterio capitis quod fit sup commisurã coronalem in parte comuni. quæ dicitur huendeg. i. continuatio capitis cuius iuuamẽta sũt multa & sublimia & proprie ad omnes ægritudines capitis frigidas & humidas sicut ẽ soda & ægritudo quæ uocatur ouum & scothomia & uertigo & grauitas somni: & grauitas sensuũ & paralysis & tortura & pluralitas cathari & corize & lapsus ad oculos & nares & aures & uuã & fauces & dolorem dentium & gingiuarũ. & dolorem gutturis & ad omnem distillationem cathari super replectionem & partes pectoris & stomacũ & partes uicinas: & uniuersaliter ad oẽs ægritudines cathari frigidas & humidas. Et modus operationis eius est ut radatur super loco ipso & ponatur radix manus ægri super extremitatem nasi ipsius & extendatur super medium frontis & consideretur ubi terminatur medius digitus & signetur ibi & cauterizetur cuz cauterio ignito cuius forma sit sicut nucleus oliuæ maioris & procedat cauterizatio usque ad superficiẽ ossis: & obseruentur deĩde ut remaneat aperta & ut emittat pus usq; ad tempus in quo ibi manifestabitur ex ratione pus diminui: & ægritudĩes catharales tolli.

DE. CVRA. OPHTALMIAE.

Vra ophtalīæ ē secūdū duas ītētiōes uniuersalem.s.& pticularē.Intentio uniuersalis diuiditur.in.iiii.Prima res est cōmensuratō regiminis.secūda & cætera.tertia &cætera.quarta &cætera.Particularis ītētio diuiditur ī euacuatōnem & sedationem accidentiū.Cura huius ægritudinis sūt.vi.res.Prima est commensuratio regiminis Secunda est subtratcio materiæ exuberātis.Tertia prohibitō catharı &descēsus eius ad oculuȝ:quarta inclinatio eius & diuersio ad aliaȝ partem.quinta est alteratio & digestio eius quod trāsmissum est. sexta corrigit accidētia:Particularis intentio diuiditur in curatiōe & sedatione accidentium.Primaȝ igitur rem complent commēsurationes regiminuȝ.vi.reꝝ quas scis & proprie diminuēdo cibuȝ &potū uitando uaporosa ex eis & eligendo cibos pauci nutrimēti sed laudabilis & aleuiando prandium & minuēdo coenam uel dimittendo & si materia calida est sit cibi frigidi actualiter & potentialiter & proprie condita cum rob granatoꝝ.aut cuȝ acresta remissæ acetositatis.& da congelata ex cucurbitis & aliis & supra cibum da aliqd ex coriandro uel quod conditur ex eo & ante cibum in matutinis aquaȝ psilii & coriandri & deuit& uinum & carnes in prinipio &si materia est frigida sint cibi uitella ouoꝝ & mica panis & aqua ciceris & sauic & ordeum confractum cum paucis amigdalis:& sūmat in matutinis mel cum aqua calida:Et super cibum aliquod ex piris aut cydoniis.& sit istud ut lenificetur natura quantum possibile est cum facilitate fuerit & sit domus in qua habitat temperati aeris & tenebrosa somnus autem est eis medicamē bonum ueꝝ uitetur supra repletionem & uitetur defatigatio &prauitas animi.Secūdaȝ rem complent flebothomia & euacuatio cum medicinis solutiuis flebothomia autem ex cephalica conueniens est omnibus spetiebus eius &proprie sanguineæ ex latere opposito prius deinde ex latere eodem si flebothomationis iteratō necessaria fuerit.& interdum nō sufficit hæc flebothomia & illud proprie quando materia fluit ad oculos.aut per arterias extrinsecas temporales & auris:aut per uenas frontales & tunc necessaria est flebothomia arteriæ temporalis.aut abscindimus cursum eius per ipsā Et modus incidendi arteriam huius est postq̄ tibi innotuerit illā esse.aut ex paruis arteriis aut ex magnis quod declarabitur tibi ex eo quod inuenitur aliqua ex illis esse maioris pulsationis quaȝ reliquæ & maioris plenitudinis & caloris tactus.& tunc scinde cum in cisorio cutim secūduȝ longitudineȝ arteriæ & excoria cutim usque dum peruenias ad arteriam.deinde ingeniare ut trahas ad eam cum uncinis separando eam ex omni parte

a ctui & carne. & si est ex puis inci
de ipsam omīno: & extrahatur ex
sanguine extractio competens deī
de impleatur uulnus cum aliquo
quod sit cauterizans extremitates
arteriæ. si autem fuerit ex magnis
liga eam cum filo de sirico forti in
duobus locis: ut sit inter duas li=
gaturas distantia sicut pollicis. de
inde incide secundum totum ar=
teriam in medio duaꝝ ligaturaꝝ
uel cauteriza eam. hæc est enim o=
peratio secundum sapientiam. si
autem descensus materiæ fuerit: p
uenas frontales confert appositio
sanguisugarum super frontem &
appositio uentosarum in nucha
cum scarificatione uel sine scarifi=
catione si debilis fuerit. est enim
magni iuuamenti. Quæ si non con
ferat post solutiōem cum medici
na fiat cauterium subsendēg: est
enim ultimum in abscīdendo flu=
xum cathari. Et nos quidem dixi
mus formam cautericationis hu=
ius in capitulo quod est ante istud
euacuationes autem quæ fiunt cuꝫ
medicina solutiua in medicina ca
lida quidem sunt quæ fiunt ex a=
quis fructuum & uiolis & miro.
citrinis & fumo terræ & tamarī=
dis & similibus: & decoctio capil
loꝝ ueneris dcā in antidotario: &
aqua fructuum & infusio de succis
herbarum & alia quorum sumus
rememorati in canone. at si cum
materia calida fuerit permistio
materiæ crossæ. nihil est quod ma
gis conferat q̄ infusio de altea cū
aqua ēdiuiæ aut solatri: aut infusio
ieræpigræ cum eis aut secundum
quod narratuꝫ est sæpe ex infusio
nibus ieræ: & proprie si materia
fuerit submersa aut imbibita ī ue
laminibus cerebri. Si autem mate
ria fuerit frigida flegmatica fiat so
lutio cum pillulis cochiis & pillu
lis. G. & ieradiacolloquintidos &
similium. si uero materia fuerit me
lancolica educenda est cū eis quæ
ipsam educūt ex his quæ dicta sūt
& neqꝫ sit contentus in sufficien
tia unius euacuationis aut dua=
rum. sed iteratio atque iteratio
est ex rebus laudabilibꝫ eis & pro
prie cum facilitate & proprie qua
liscunque sit materia. Tertiam rē
cōplent flebothomiæ & cauteria
quæ diximus & ēplastratōes super
frontem & inter duo supercilia ex
eis quæ diximus iam & proprie
quādo materia quæ effunditur uia
effusionis est peruias extrinsecas:
& quādoqꝫ cōpletur hoc ex rebꝫ
facietibus stipticitatem & inspis
sationem ut prohibeatur descēsus
materiæ. Verum interdum nocēt
quoniam quæ iam descendit mate
riam agregat & constringit inter
tunicas oculorum & sunt causa
maioris nocumenti: Quod si con=
tingat. administranda sunt euapo
ratoria qualia aqua calida & aqua
melliloti & similia: & proprie ut
cōsyderes in curatione tua gradus
iii: & distinguas eos uel ī consydera
tione morbi uel in gradu indige=
stionis morbi & acessus eius ad di

gestionem non integre & accessus ipsius ad digestionem in qua est completio hoc enim est quod ē secundum sapientiam: & quandoq; conferunt ad hanc partem administrationes deiacur & gargarisma ta eo & similibus quorum rememoratio præcessit in capitulo de coriza & catharo ex eis quæ cōstrīgūt fluxum eius: uerum fieri oport& post mundificationē & conceduntur solum aliqua ex eis quæ sūmūtur p os quæ reqrātur ibi. Quartā rem complent gargarismata & caputpurgia cum facilitate diminuēdi de materia secūdū quod exigit dispositio. Et fricationes extremitatū & compressiones & ligaturæ dolorosæ in extremitatibus & clisteria & uentosationes in nucha & inter spatulas & hæmorroidibus & prouocatio eorum & scarificatio facta ī cartillaginibus aurium & similia. Quintam rem complēt administrationes medicinarum secūdum ītentiōes diuersas: In morbi enim principio repercussiuis utēdum est in quibus sit facilitas secundum omnem modum administrationis deinde utendum est resolutiuis. & non euacuandæ sunt a permistione istarum duarum intentionū quæcūq; mediciæ sūt īter illas ut perueniatur gradatim & cum susceptione paulatim ab eo quod est repercussiuum usq; ad resolutiuum quoniam hæc est operatio quæ est secundum sapientiam. Administrāda igitur in principio si materia fuerit calida quæ materiei acuitatem & inflāmationem reprimat qualia sunt portulaca trita & supposita: & endiuia & solatrum & aqua ro. & lingua arietis & herba uiolarum & psilium infusum in aqua ro. hæc omnia singulariter uel cōiunctim uel oleo ro. conquassata & oculis imposita sedant & digerūt Distilletur autem in oculis lac mulieris nutrientis puellam. lac asinæ & albumen oui aqua. ro. & mucillago psilii & post dies utendum distillatione sief albi primi cum aliquo horum quæ diximus. nunc cōsequenter admiscendæ sunt his & proprie cum iam lippitudinem oculi habere coeperunt sed non integre: & cursus lachrymarum subtilium & acutarum non est in ea perseuerātia sicut prius mediciæ aliqd resolutōis & maturitatis habētes sicut mucillago semīum cydōiorum & decoctō melliloti & aq̄ fenugræci utēdo eis proprie cum sief albo secundo & colirio citrino. Si aūt maturationis significatio uera adest quæ est effusio lippitudinis & omīno abscisio lachrymarum subtilium acutarum. tunc balneatōis impressio est medicamen uerum. subtiliat enim & resoluit materiam & est eius tunc medicamen proprium. puluis alius & proprie cum mucillagine fenugræci. & se. lini & nō prætermittatur admīstratio balnei. ē enim nobile ad ophtalmiam sicut. Hippo. dicit & proprie corpore mūdificato. Si autem

materia fuerit frigida flegmatica utere in primis repercussiuis non multæ infrigidationis: sicut est sief de spica cum succo mentæ confortatæ cum modico spicæ & succo rāni & succo uirgæ pastoris similiter confortato cum spica & in processu rei cum signum maturatiōis apparuit utendum est emplastro ex aneto & foliis maluæ coctis in uino stiptico aut ex melliloto & fenugræco & ros. coctis in uino stiptico & distilletur in oculis sief de spica cum aquis melliloti. aut fenugræci & similibus & si amplius signa maturatiōis appareāt utēdū est puluere citrīo cum mucillagīe fenugræci aut melliloti. Balneum quoq; ī huiusmōi hora est medicamen conueniens. & potus uini purri & al. si autē a uentositate fuerit curretur cum embrocis & balneis facientibus euaporationem & emplastris. & iā laudatus est feniculus in huius ophtalmia secūdum oēm modum administrationis eius & emplastrum factum ex eo & uitello oui ē iuuamētū ualde. Sextā rem complent administratōes medicinarum dolorem. s. puncturæ & mordicationis uehementiā sedantium qualia sunt propria medicamēta sedatiua secūdū quod exigit dispositio & narcoticitatis paruū habētia & represse: uerum administrāda sunt cum cautella sicut proprie albumen oui conquassatum cū aqua papaueris. aut mucillago psilii cum aqua papaueris aut succo pomorum mandragoræ aut solatri aut lactucæ. & similiter mucillago seminū cydoniorum cum aliquo prædictorum & mucillago fenugræci. & aqua melliloti aut aneti cum aliquo ex eis: & quādoq; propter necessitatem utendum ē opio. Verū si accidat nocumētum propter narcoticū utendū ē lauacris & embrocis ex rebus in quibus sit. uirtus maturans uirtutem narcotici sicut est mellilotū proprie & camemilla fenugræcum malua anetū & similia: Hamec filius zezar emplastrum conferens dolori & apostomati oculorum & scabiei & supcalefactiōi. ℞. croci myrræ olibāi opii gūmi ara. ān. tere & cōfice cū aq. ro. & fac formulas & fac siccari. Et quādo oprot& accipe ex eis & fac emplastrum cum aqua. ro. aut albugine oui est enī expertū: Idē aliud ad apostema oculorum & difficiles dolores & facit ægrum dormire. ℞. croci memithe litii. aloes gūmi ara. aKatiæ ān tere & confice cum succo rubi: & fac formas & cum opor& dissolue unam ex eis cum succo rubi aut solatri aut mucillagine psilii aut granatorū aut albugine oui aut lacte mulieris lactantis puellā & pone cum lana super oculum quoniam cōfert si deus uoluerit. Idem aliud ualens similiter quando dolor est uehemens in oculis faciens dormire. ℞. mandragoræ opii iusquiami. ān: tere & confice cū aqua plu& expone soli. v. diebus:

133

deinde fac formulas & quando o
port& dissolue unam ex eis cum
aqua.ro.aut albumine oui & line
super frontem & tempora:& si o
port& line super oculos. Idem ali
ud conferens doloribus oculoruz
calidis: Accipe succi solatri succi
foliorum iusquiami litii croci zu
chari camphoræ. añ. albũis ouo
rũ quãtuz sufficit utere cum coto
sedat enim illa hora. Filius Za-
cha.arazi cõfectõ ẽplastri prohibẽ
tis fluxuz ex oculo. ℞. aloes acatiæ
sief mẽithe. litii boli gũmi ara. lini
at super frontez cuz albumine oui
&si ẽ supcalefactõ uehemẽs adda
tur eis sandali. ru. & faufel. añ. ps. i.
&liniatur cum aqua coriandri &
endiuiæ & aqua. ro: Idem cõfectio
emplastri ad dolorem uehemẽtẽ
in ophtalmiam. ℞. coriandri mel-
liloti croci sẽis lini tortellos de
seni tere & confice cum uino sti-
ptico & fiat emplastrum sup pal
pebras. Habuali emplastrum sedãs
fluxum materiei ad oculum. ℞.
sief mẽithe aloes se. ros. croci sarco
collæ ramic sauic ordei balaustiæ
añ: confice cum succo solatri & fiat
emplastrum ex eo. Idem ad dolo-
ris uehementiam. Accipe succi
lactucæ succi pomorum mandra-
goræ succi papaueris. añ. ptem. i. al
buminis ouorum partes tres con
quassentur & utere cum coto bo
num & expertum est. Idem epithi
ma conferens ad dolorem uehemẽ
tem & ad multitudinem materiei
℞. sauic ordei: ʒ. xvi. iusquiami. al.
ʒ: viii. thuris. ʒ. vi. myrræ succi man
dragoræ. añ. ʒ. iiii. opii. ʒ. iii. croci
ros. recentium. añ. ʒ. ii. uitelli oui u
nius assi tere & confice cum uino
stiptico & fiant formæ & quãdo
oport& administretur una cum
eo quod conuenit ex liquoribus.
Idem aliud ualens similiter ad do
lorem calidum. ℞. croci myrræ a-
loes olibani opii sarcocollæ. añ.
fiant formæ & super frontem &
oculum line ĩ prĩcipio doloris cuz
aqua endiuiæ aut portu. aut sola-
tri aut iusquiami. al. aut coriandri
humidi. Idez sauic ordei. ʒ. iiii. opii
ʒ. i. croci. ʒ. ii. confice cum succis
prædictis &utere similiter in oph
talmia calida. Filius Serapionis em
plastrum faciens stipticitatem cõ
ferens in principio & prohibens
fluxum materiei ad oculos: Acci-
pe foliorum solatri & uirgæ pasto
ris &arnoglossæ & ẽdiuiæ &portu.
&teneritatum rubi & foliorum ui
tis. añ. fac cum farina ordei empla
strum & oleo. ro. & aqua decoctio
nis papaueris. Idem quando acci-
dit quod ægritudo cõsequitur ue
stigia maturationis. tunc misceas
in emplastris uitellum oui & mu-
cillagines fenugræci. & seminis lini
& melliloti & camemillæ. cum me
dia parte croci & oleo ro. simul ĩ
corporatis & superpone.

NARRATIO. SIEF. ET. COLI-
RIORVM. ET. PVLVERVM.
AD: OPHTALMIAM.

Ilius zezar sief album quo
utendum est in principio

ophtalmiæ calidæ cum dolor est uehemens. ℞. gummi ara.dragg.a mili.ãn.ʒ.iiii.cerusæ lotæ.ʒ.vi.opii ʒ.i.distempera cum albumine oui uel cum aliquo quod conuenit ex liquoribus & fiat sief.& utere ē e nim bonum.Idem sief aliud albū conferens ophtalmiæ in augumēto & sedat dolorem:℞.sarcocollæ nutritæ in lacte asinæ.v.ʒ.amili ʒ.iiii. dragg.ʒ.iii.opii.ʒ.i.olibāi.ʒ. i.s.cerusæ ablutæ.ʒ.vi.tempera cuȝ aqua plu.Filius Zacha.arrazi sief album conferens ophtalmiæ &dolori oculorum:℞.cerusæ ablutæ.ʒ x.sarcocollæ crossæ:ʒ.iii.amili.ʒ.ii. dragg.ʒ.i.opii.ʒ.s.fiat unus trociscus paruus de quibuslibet rebus ad oculum . Sief aliud album de scriptione habuali.cōferēs ophtalmiæ ī prīcipio & augumēto eius. ℞.cerusæ.ʒ.x:gūmi ara.amili.ãn.ʒ.v sarcocollæ nutritæ in lacte asinæ aut mulieris.ʒ.x.dragg.ʒ.iii.opii.ʒ. i.s.confice cum aqua ro.Sief albū descriptione Alex.expertum ad o phtalmiā calidam cum nimio dolore:& est mirabile.℞.climiæ prius tamen lotæ:deīde ustæ extīctæ in lacte mulieris.ʒ.x.cerusæ lotæ.ʒ viii.scoriæ ferri.ʒ.iiii.opii.ʒ.ii.dragag.gūmi ara.ãn.ʒ:iiii.cōfice cum aqua plu.Sief citrinuȝ descriptione eiusdem cōferens doloribus uehemētibȝ ophtalīæ.℞.climiæ secūduȝ superioreȝ doctrīaȝ præparatæ ʒ.viii.cerusæ lotæ.ʒ.xlii.croci.ʒ:iiii opii.ʒ.i.dragag.ʒ.ii.aquæ pluuialis. quātuȝ sufficit.utere cuȝ albumīe oui.Sief citrinum aliud mirabile descriptione eiusdem plus operatiuum aliis.reprimit enim magis superfluitates malas.℞.amili.ʒ.xxi. sief memite.ʒ.viii.sarcocollæ.dragagāti gūmi ara.ãn.ʒ.iii.croci.ʒ.ii. s.myrræ.ʒ.i.opii:ʒ.ii. confice cum aqua plu.Sief.ros.de scriptiōe eiusdem efficax &expertum ad ea quæ diximus superius.℞.foliorū ros.ʒ. xv.croci.ʒ:viii.opii.ʒ.ii.spicæ indæ ʒ.ii.gūmi ara.ʒ.viii.aquæ plu.quod sufficit facit enī ad doloris uehementiam & ad fluxum materie℞ subtiliū acutarū.Sabor rex medo℞ cofectō colirii citrini sublimis ad ophtalmiam &doloris uehemētiā confert eniȝ statiȝ.℞.sarcocollæ.ʒ.iii.cerusæ.ʒ.v.amili.dragagāti gumi ara.ãn.ʒ.ii.opii.ʒ.i.croci ʒ.i.s. omnia præter opium teræ & redige in subtilissimum puluerem sicut alcohol.opium autem dissolue in aqua ro.aut lacte mulieris & misce cum aliis conterendo in uase lapideo contritione multa. usque dum fiat liquiduȝ sicut mel currens & utere.est enim expertū Idem sief de spica cōferes ophtalmiæ cuius materia est frigida & ē cum diuturnitate.℞.sarcocollæ.ʒ. v.spicæ.ʒ.ii.foliorum ros.ʒ.iiii.croci.ʒ.ii.opii.aloes. ãn.ʒ.i. gūmi ara.amili.dragg.ãn.ʒ.i.cōfice cum aqua pluuiali & fiat sief & utere:cuȝ aūt maturationis signum appar& cōficiatur sief.huiusmōi cū succo capparorum expertū est:Idem puluis albus cuius proprietas est abscin

dere lippitudinem quando non est sanies multa.℞.sarcocollæ.ʒ.x.spumæ maris.ʒ.i.zucari.ʒ.iii.terantur & administrentur.Mahom& azazi : confectio pulueris albi cuius operatio est mirabilis ad ophtalmiam calidam & uehementiam doloris.℞.sarcocollæ nutritæ in lacte asinæ aut mulieris.ʒ.x.amili ʒ.iii.opii.ʒ.i.s .camphoræ.ʒ.s. bonum & expertum .Idem confectō pulueris citrini cuius iuuamentuʒ est in fine ophtalmiæ.& est ei impressio fortis.℞.sarcocollæ:ʒ.x.sief memithæ.ʒ.iii.litii:aloes.añ:terātur & administrentur.Hamec puluis conferens calidæ ophtalmiæ ℞.sarcocollæ sief memithæ añ.fac puluerem & utere cum albumine oui.Isaac puluis citrinus cōferens ophtalmiæ quæ sequitur declinationem ad ophtalmiaʒ difficileʒ & adherētem.℞.sarcocollæ nutritæ ʒ.x.croci:spicæ:aloes.añ.ʒ.i.terātur & administrentur. Hamec filius Zezar .cohol conferens cum auxilio dei apostemati quod est inconiunctiua & inflammationi oculorum & fluxui lachrymaruʒ &prurituí:&utere mane & sero expertū ℞.thuciæ lapidis ēatitis.añ.ʒ.iii litii: acatiæ: climiæ:auri.añ.aur.i.spicæ.opii sumac añ.ʒ.s.amili.aur.i.aloes rubei boni.ʒ.i. zucari tabarz&.ʒ.iii.fac puluerē subtilissimū & ībibe uice una cum aqua miroba. citri & alia uice cum succo feni.& tertia uice cum succo coriandri humidi & quarta uice cum aqua sumac:& si est tempus granatoꝝ ībibe uicibʒ duabʒ cū succo granatoꝝ muzoꝝ uel cuʒ succo granatorum dulcium & acetosorum deinde misce cum eis camphoræ.ʒ.unius quartam deinde iterum tere & cerne & pone in uase uitreo & fiat cum eo alcohol mane & sero.Inqt Hippo.potus uini.balneatō flebothomia & euacuatio per uentrem curant dolores oculorum & ītellexerunt posteriores quod uini potatio confert flegmaticis doloribus.balneatō confert colericis doloribus & melancolicis flebothomia sanguineis uel si humores cuʒ sanguine æqualiter crescāt & augumententur. Euacuatio quoque per uentrem confert flegmaticis colericis & melancolicis & quidem super hoc scrutiniuʒ secūduʒ sapientiaʒ est thesaurus operationis.quoniam uini potatio confert flegmaticis dum tamen maturatio & euacuatō præcesserīt & iterata quoniam agitatiōis suspitio tollitur ex agitatione.particulariter sublata multitudine & balneationis impressio similiter omnibus oculoꝝ doloribus confert etiam post debitas euacuationes:resoluit eniʒ & hīlitat residuū materiei·&proprie adherentis & difficilis.alias auteʒ dilatat materiā &conuertit ex partibʒ aliis ad locum doloris & multiplicat fluxum.Hic autem sermo noster erit sermo quem non omnes compræhenderunt nisi qui se exercēt secūduʒ prudentiam &uiaʒ

īdustriæ. Et illud ē quoniam oport& ut postponātur euacuationes quæ sūt secūdum partem eis quæ sunt secūdū multitudinem. Agitatio enim multiplicatur ex agitatō ne particulariter nō sublata multitudine dilatat enim & incitat multitudinem nisi materia secundum locum particulariter īcūbat & non cum comunitate alterius partis. & sit in quantitate pauca principium uero euacuationis ab eo quod est secundum partem nō sublata multitudine materiam dilatat & agitationem in loco doloris multiplicat. & hoc est illud quod est error & imperitia sicut G. dicit. Hamec filius Zezar. cohol conferens doloribꝫ oculoꝶ & ē medicina regum. ℞. antimonii. ʒ. vi marchasitæ. ʒ. v. thutiæ. ʒ. ʒ. emblicorum mundatorum. ʒ. iii. amili. ʒ. ii. piperis al. ʒ. i. cribella: tere: & utere ubi oport&. Idem confectio sief electi conferentis omnibus doloribus oculorum. accipe succi mororum rubeorum quantum uis & fac siccari semper agitando: & ex eo accipe aur. iii. & misce cum eo ex albuminibus ouoruꝫ quod subtile est & lactis mulieris quantitatem sufficientem. & fac siccari usqꝫ duꝫ fiat sief & utere cum albumine oui & lacte mulieris. Est enim medicamen sublime. Idem aliud sief conferens doloribus oculoruꝫ a colera cōfert statim. ℞. climiæ auri scoriæ ferri. āā. ʒ. xv. sief mēithæ ʒ. i. opii. croci. āā. ʒ. ʒ. acatiæ. aur. ʒ. tere & confice cum aqua & fac sief & utere cum aqua ros. & lacte mulieris. Idem sief conferens doloribus fortibus ex multitudine materie & facit dormire ægrum ex illa hora. ℞. sief mēithæ. ʒ. viii. croci sarcocollæ. āā. ʒ. iiii. opii. ʒ. ii. succi mandragoræ. ʒ. ii. confice cum aqua plu. & utere. Hamec. sief. cōferens omnibus doloribus oculoꝶ & utere eo ad omnes ægritudines ℞. thuciæ. bonæ litii. āā. aur. iiii. miroba. citri: aur. i. & ʒ. zz. piperis lō. & al. āā. aur. ii. sarcocollæ ascendē. āā aur. ii. tere & cerne & solue litium in aqua plu. & confice cum eo ceram & fac sief & frica cum coto cum aqua plu. uel albumine oui uel cum succo rubi bonum si deus uoluerit.

DE. VVLNERIBVS. ET. VLCERIBVS. OCVLORVM.

Vra huius ægritudinis est sex res Prima ē euacuatō multitudinis. Secunda est prohibitio discursus materierum ad oculos. Tertia est administratō intentionis circa uulnus quarta ē correctio accidētium. Quinta obseruatio regiminis in uita eius. Sexta ut uestigium quod ex uulnere reman& deleatur. Primam igitur rem complet flebothomia quoniam est principium curæ & proprie cephalicæ. deīde solutiones leues uentris ex his quæ diximus in capitulo de ophtalmia factæ cuꝫ iteratione. Secūdam rem complent medicamēta sicut distinta sunt in

capitulo de ophtalmia. Tertiaȝ reȝ complent administrationes medicaminum facientium nasci carneȝ in ulceribus & solidantium uulnera sicut est sief album in prĩcipio cum lacte mulieris & albumine oui & administretur secundum plurimum medicina de siccatiua nõ multæ mordicationis ut non fiat saniei generatõ. est enim in hoc uulnere sanies suspecta. & post tẽpus principii si dolor non sedatur fenugræcum cum rosa cocta ĩ uino stiptico aut aqua ro. super oculum cathaplasmetur & utenduȝ est deinceps sief albo & sief de plumbo cum albumine oui. Si aũt dolor reprimitur sief de plũbo tantum utendum est similiter cuȝ albumine oui cum autem repletũ fuerit utendnm est sief elexir ligatura præterea super oculos stringenda ut comprim& super puluillos & super pillam constitutam & ordinatam sup oculos. Iaceat quoque æger supinus. signum quoque salutis est quoniam incipit apparere in circuitu uulneris albedo & post sanum uulnus reman& ĩpressio albedĩs in loco uulneris. Quartam rem complent administratõnes medicaminuȝ sedantium dolores & puncturas & mordicatiões propter uulnera ex his quæ præcesserunt. Quintam rem compl& administratio subtiliationis regiminis in sex gradibus rerum sicut iam diximus: Sextaȝ rem complẽt medicinæ remouentes uestigium albedinis quod reman& post uulnus cum eis quæ dicentur in capitulo de albedine oculoruȝ. Filius Zachariæ arazi confectio sief de plumbo replentis & solidãtis uulnera oculorum. ℞. plumbi usti ãtimonii. thutiæ ablutæ calcuceca menon. gummi. ara. dragg. ãñ. ʒ. iiii. opii: ʒ. s: fiat. sief cuȝ aqua plu. Ideȝ aliud sief faciens nasci carnem ĩ ulceribus & prohibens egressum uuæ & subtiliãs uestigia. ℞. climiæ thutiæ tritarum & ablutarum multotiẽs cum aqua plu. cerusæ antimonii. olibani. ãñ. ʒ. ii. myrræ. ʒ. i. sarcocollæ sanguinis draconis. aloes opii. ãñ. ʒ. i. s. fiat sief. & administretur expertum est. Idem sief de thure maturans ulcera. ℞. thuris. ʒ. x. armoniaci sarcocollæ. ãñ. ʒ. v. croci. ʒ. ii. fiant ex eis sief cum mucillagine fenugræci. Idem sief elexir cuius operatio ẽ sublimis ad ulcera maligna oculo℞ prohibẽs egressum uuæ. ℞. antimonii socheduȝ. ãñ. ʒ. x. acatiæ. ʒ. iiii. aloes. ʒ. i. fac ex eis siet ex succo rubi. Filius Zezar cohol cõferẽs ulceribus oculorum. ℞. sarcocollæ nutritæ ĩ aqua. ro. diebus pluribus & exiccatæ quantitatem sufficientem. pulueriza & fac cum eo alcohol mane & sero bonuȝ. & sunt qui mittunt sarcocollam in lacte mulieris & utuntur. Sabor filius girges coliriũ bonum ad uulnera & ulcera oculorum. Accipe sarcocollæ nutritæ in lacte mulieris aut asiæ. ʒ. iiii. antimonii sãguĩs draconis scedeigi. ãñ. ʒ ii. myrræ alo

es.añ.ʒ.i.ſ.opii.ʒ.i.terantur ultima contritione ſicut alcohol deinde confice cum ſucco rubi ſic conterendo in uaſe lapideo contritione uehemēti donec fiat ſicut mel currens.& recōde in uaſe uitreo & utere mane & ſero expertum.

DE.SCABIE.OCVLORVM.


Vra huius ægritudinis eſt ſecundum conſyderatiões duas.Naꝫ quæ ſubtilis eſt & non multi temporis indig& primo corporis mundificatione ī occipitio cuꝫ flebothomia & uentris ſolutione & uentoſatione in occipitio & nucha.Secūdo indig& regimine oculi ſubſtantiam teneram faciente ſicut eſt balneatio proprie.&fomētationes.&aliud regimen huēctatiuum acquiſitum ex aere & quiete & ex his quæ comeduntur & bibuntur & aliis.Tertio indig& medicinis quarum proprietas eſt curare ſcabien oculorum ſicut uerbi gratia colirium quod ſibi cōparat.Sabor rex medorum & ſief rubeum lene &ſief uiridæ lene:Si aūt fuerit ſcabies croſſa & cronica tūc cura eam poſt ſolutionē & flebothōiaꝫ fricatō ſcabiei cū foliis paritariæ aut cū foliis ficus aut cū aliquo īſtrumētorū conuēientiuꝫ ad illud. aut cū radice liqritiæ præpata uſqꝫ duꝫ ſāguis fluat plurimus aut remoueatur aſperitas & duritiesquæ eſt ſicut filtroſitas:& appareat tenerum eius.Et modus faciēdi cuꝫ inſtrumēto ē ut fiat fricatō ſuper oculum & palpebras prius ſuperpoſita ſpuma maris & zucaro tabarz& aut aliud quod ſit ſimile illis deinde lauetur oculus cum aceto & aqua ro.aut uino forti albo bono.deinde ad miniſtretur reſiduum regimen ex eis quæ dicta ſunt & proprie ex colliriis & ſief lenibus & acutis & emplaſtretur tēpore frigido cuꝫ amigdalis amaris cymīo &mica pāis īfuſa in rob cum pauco croco.& tēpore calido cum uitello oui & oleo.ro. &uiolaceo.&non prætermittantur genera medicaminis oculi ſubſtantiam teneram facientis. Sabor filius girges .Confectio colirii boni ad ſcabien oculorum & ſebel &ungulam.℞.ceruſæ uiridisæris.añ.p tem unaꝫ.tere cōtrictione ultima. & confice terendo cōtrictiōe multa cum uino albo bono & ſucco rutæ uſque dum fiat currēs in terminum mellis clari & liquidi & utere mane & ſero ſi autem medicamen interius facere uolueris pone ex ceruſa partes.ii.& quādoque ceruſa & flos æris teruntnr contritōne ultima &ponuntur ī uaſe æneo limpido cuꝫ liquoribus prædictis &dimittuntur per diem & nocteꝫ deinde colantur & ponitur colatura in uaſe uitreo & diſtillatur ex eo ī oculo mane & ſero.Mahomet arazi confectio ſief.ru.ual& ſicut prædictū.℞.ſedenigi.ʒ.iii.æris huſti.ʒ.ii.myrræ croci.añ.ʒ.i.piperis.ʒ ſ.&eſt lene:ſi autem acutius facere uolueris adde cum prædictis floris æris & ſal.ar.añ.ʒ.ſ.Idem con-

136

fectio uiridis ualens similiter ad prædicta. ℞. floris æris. ʒ. iii. colcotar adusti. ʒ. vi. arsenici ru. baurac spumæ maris. añ. ʒ. i. armoniaci. ʒ. i. &. ʃ. armoniacum dissoluatur in aqua rutæ & fiat ex eis sief. Hamec confectio sief sanans scabiem oculorum & consummēs pannum & ungulam. ℞. floris æris colcotar adusti spumæ maris. añ. ʒ. ii. carculæ. ʒ. iiii. baurac. sal. ar. arsenici. ru. sublimati. añ. ʒ. i. fac sief cũ succo chelidoniæ. & administretur sicut fricando. est enim bonum. Idem sief cōferēs scabiei pruritui & sebel & humiditati superfluæ in oculo ℞. cerusæ croci gummi ara. añ. ʒ. vi armoniaci: spicæ: opii: myrræ succi acrestæ. añ. ʒ. i. &. ʃ. confice cu; aqua pluuiali. Idem. sief conferens ulceribus & scabiei oculorum a caliditate. ℞. climiæ. croci. scoriæ æris gummi arabi. æris usti. añ. ʒ. iii. myrræ sedenigi spicæ. añ. ʒ. i. opii. rosʃ. añ. ʒ. i. piperis al. grana. iiii. confice cum uino & utere cum albumine oui. Inain. Confectio conferens scabiei oculorum & pruritui & sebel & tenebrositati uisus. ℞. thutiæ emblicorum. añ. ℥. i. antimonii nigri aur. ii. castorei climiæ: añ. aur. i. &. ʃ. memithe. ʒ. i. croci. ʒ. i. camphoræ. aur: ʃ. suchaha. dauic. i. salis. ar. ʒ. ii. tere contritione bona & pone in uase lapideo mũdo & proiice super eam aquam pluuialem in qua infusi fuerint per dies duos ex miroba. nigris circiter. xx. postq̃ contriti fuerint: deinde cola aqua; & funde ex ea parum super medicinas sicut conterēdo & dimitte siccari uel quasi. deinde infũde ex aqua prædicta & fac sicut prius & sic deinde paulisper infũdendo & triturando usque ad totius aquæ consumptionem desiccentur & puluerizentur contritione ultia & pone in uase uitreo. Dixit Ismai quod uendebatur pondere auri propter suæ operationis excellentiam: Cohol aseruium ex inuentione nostra uidelic& cōbustioni oculorum & lachrymis & scabiei & sebel: ℞. thutiæ charmē. bututhut añ. ℥. i. eligi. affai. zz. añ: ʒ. v. piperis lō. memithen. añ. ʒ. ii. &. ʃ. & chirat ii. melonchi di. ʒ. i. tere simul: & tēpera cum aqua arcestæ & fac siccari deinde tere & utere. Masafactor Alcohol. sief conferens scabiei & ulceribus oculoꝝ & dolori & debilitati uisus. ℞. litii thutiæ ĩdæ. añ. aur. iiii. Kebuli. aur. i. zz. ʒ i. fiat sief cum aqua plu. & utere in coto.

DE SEBEL.

Væ subtilis est & non multi temporis curatur cũ cōsyderationibus prædictis in cura scabiei oculoru;. s. cũ subtiliatione regiminis & dimissione uini & ciborum uaporosorum & cum euacuatione corporis & flebothomia: & rebus teneram redentibus substantia; oculorum. deĩde cum sief & colliriis dictis ibi. Si aute;. cronica fuerit & crossa ut appareat sicut tela aranea expansa super pupillam oculi cum uenis ma



nifestationibus ita quod uisum prohibeat: tūc est secundum unū duorum modorū. aut enim colligitur & eleuatur dū apprehenditur & suspenditur cum uncinis & tunc cum incisorio inciditur prius quam colligas eam & separas ab oculo cum pilo equi aut filo de sirico. Et curetur deinceps cū aqua infusionis cymini & post illud cum puluere citrino. si autem non colligitur nec leuatur curetur cum medicaminibus acutis dictis in capitulo quod est ante istud.

DE. ALBVMINE. OCVLORVM

Vra huius ægritudinis cōmensuratur eisdem regimībus quibus sebel. Nā quæ subtilis est quātum ex modo operandi bene comprehendit post indig& assiduatiōe rerum oculi substantiam teneram faciētium sicut balneum & assiduatō eius & inclinatio super uaporem aquæ calidæ deinde utatur pulverizatiōe post pulverizationem super oculum ex spuma maris & zucaro & sarcocolla. & interdum utendum fricatione post fricationem eodem puluere. uel cum aliquo quod sit sicut ipsum: & sunt qui addunt ad uigorem dicti pulueris baurac Aristolog. ān. sicut ex prædictis. Et sūt q experti sūt super huiusmōi succū florum papaueris rubei: in fine cū succo aut puluere hueg esse iuuatiunm. & similiter cū stercore stellionis aut lacerti uiridis magni. & similiter expertum est ex stercore irundinis. & similiter expertum ē ex urina pueri coagulata in uase æneo cum modico salis ar. Si autē fuerit dura & in corpore duro: eligātur ex medicaminibus quæ sūt magis acuta & pluris uirtutis ex his quæ dicta sunt & dicēus post frequentiam tamen balneatiōis sicut iam diximus. Dicit Alexander quod sebel est. cum super alba oculorum & super nigredinē uidetur similitudo panni texti ex uēis rubeis & crossis. Ex medicinis aūt conuenientibus ad albuginem realouendam. & sebel & ungulā & mias oculi additiones quamplures scripsimus in capitulo de scabie oculorum. nunc autem ponimus narrationē medicaminū propriorum. Sabor filius Girges: coliriū exptū ad albuginē oculo℞ remouendam & est ei impressio bona. accipe fel tauri succi hueg: uel pulueris radicum eius. radicū chelidōiæ. ān. aur. iii. corticū & radicū feniculi. ān. aur. iiii. tere contritiōe crossa. & pone in uase æneo & funde sup medicinas urinæ pueri circiter. ℔. i: & dimitte per dies. iiii. deinde coque usque ad. ℔. s. & iterum reducas ad uas æneū. usq; dū inspissetur. Deinde accipe masse cumiæ stercoris magni lacerti. spumæ maris zucari tabarz &. salisgēmæ adusti. æris adusti salis ar. ān. ptes æquales terantur ultima contricione. deinde ponantur in uase lapideo mundo & terso. & fundatur super ea ex medicamine præ-

quidem est mundificare & absterere ulcus a uiru & putrefactiōe & corruptiōe foetida cum eis quæ sunt uigorosæ abstersionis non nimis fortibus in principio ut perueniatur paulatī ad ea quæ sūt fortiora. Ex reb; generꝶ mediocriu; ē urīa pueri cū melle:&absīthio cū uino & melle.& modico salisgemmæ & oximelle squillitico cum modico floris æris & fortius ē ad uulneratū cum melle & ex eis est uinum decoctionis radicu; luf cū melle aut succus affodillorum cū melle & confert succus foliorum nucis cum melle &uino & adhuc fortius eis est fel tauri cum urina pueri. Et adhuc apud uehementiam putrefactionis &foetoris & ex compositis ultimis ad hoc est unguētum quod diximus ægiptiacū in antidotario & proprie solutu; in uino & aceto & distillatur ī aurem & est mirabile.& similiter unguentum de flore æris cuius compositio.℞.floris æris &tubelæris ãñ.ʒ.ii.succi porroru;.mellis puri ãñ.ʒ.i.urinæ pueri quantum sufficit:terantur usque dum fiat sicut mel:& utere.Secundum genus curationis est incarnatio & reparatio eius quod iam per putrefactionem deperditum est & hoc quidem perficitur cum rebus mediocris exiccationis absque mordicatione uehementi. & sunt ea proprie quoru; in consolidatione uulneꝶ non antiquoꝶ rememorati sumus.Et tertium genus curationis est exiccatio & cōsolidatō ulceris cu; rebus exiccatiuis & cōsolidatiuis.ī quibus fit permistio aliquorum humiditatē habentiu; sicut myrra aloes thus & similia quorum præcessit rememoratio q bus admisceantur aliqua quæ sūt sicut colcothar.flos æris & similia & nos tradēus compositiōes solēnes quātu; pertin & ad hāc partē.

Filius Zacha.arazi.confectio medicaminis ad ulcera quæ fiunt in aure & est expertu;.℞.sarcocollæ sanguinis dra.olibani spumæ maris myrræ baurac al:aluminis boli ar.scoriæ ferri floris æris aloes colcothar.ãñ.partes æquales terātur contrictione subtili & ex media parte eius fiat sief & distilla ex eis in aurem cum aqua mellis aut mellicrati aut oximellæ & ex alia medietate inuoluto licinio in medicamīe immitte in aurem:lota prius aure ex aceto & aqua & exiccata cu; bōbice aut lana. Ioannes serapionis unguētum ægiptiacum conferens ad ulcera sordida & putrida & foetida siue in aure siue ubicunq; per corpus.et ad fistulas & ad ulcera maligna.quæ sunt ī locis abscōsis et intricatis indigēt abstersione.℞.mellis dispumati.℥ iiii.aceti boni .℥.iii.ziniar.℥.i.cōfice igne leui usque du; mellis hāt spissitudinē.est eni; abstersiuum sublime. Ide; modus confectiōis scoriæ ferri cuius iuuamentum ē sublime ad ulcera.quæ fiūt in aure accipe ex scoria ferri et laua eam

cum aceto forti. postq̄ trıueris eā uehemēter. deīde exiccetur super latere calido deinde fiat similiter usq; septies deīde teratur usque du; fiat sicut puluis subtilis. & de coquatur cum aceto decoctione uehemēti usq; dum habeat spissi tudine; mellis. & distilletur ex eo in aurem aut intromittatur cum licinio:

DE. VERMIBVS. IN. AVRE.

Vermes in aure indigent medicamine necante eos īprimis. deinde ingenio educendi eos ne post remanētia; eoru; accidāt putrefactiones & ulcera. Et primum quidem perficitur cum medicinis quibus est proprietas sup hoc. sicut amaris proprie & acutis & acōsis & quādoq; ingeniantur & dantur medicinæ quæ sunt uenenu; eis cu; permistione dulcedis ut auidius recipiāt. Res autem q bus est proprietas necādi eos sūt sicut absinthiu; proprie & tarasacon & centaurea quodcumq; eoꝝ coctum cum uino & distillatū. & calamētum est fortius his. necat eni; uermes & dolorē sedat & proprie succus eius. & similiter succus capparis ellebori al. distillatio facta cum uino experta est. & similiter scamonea dissoluta in aceto & aloes cum succo capparis aut calamēti. Val& etia; cucumeris agrestis succus cū radice eius & succus foliorum persici cum aceto & succus radicum mori. Ex bonis miscibilibus cum eis sūt fella. aut eufor. & oleandro inest proprietas mirabilis. Et dixit. G. si cætera nō conferant sulfur uiuū & calx uiua terātur & ex eis cum melle fiant trocis. & distilletur ex eis in aure; cu; aceto & alchitran distillatus ī aurem est ex eis quæ ultimo necant eos. & similiter succus cucuasi. aut calamēti cum scamo. aut sinapis semē cum succo iusquiami. Secunda res perficitur cum ingenio educendi eos & proprie ut distilletur in aurem hora post horā oleu; tepidu;. deinde sternut& cū condisi & retineat os & nares ut spiritus feratur ad aures cū īpetu Et quādoq; rationabiliter applicatur uentosa in aures. Si aute; uermes putruerīt in aure. impleatur auris una uice post aliam oleo tepido cū uino & radio immisso cum eis cum bombice aut lana abstergatur aut lauetur usque dū totū excludatur corruptum. Hamec medicamen conferens uulneribus siue uermibus in aure. & dolori eorū. Accipe olei de persicis: & olei de crisoīlis: & olei de amigda. amaris aut succi folioꝝ radicis & succi apii. ān. p. ii. bulliāt lento igne usque ad cōsūptionem succoꝝ & distilla ex eo ī aurē mane & sero.

DE. INGRESSIONE. AQVAE. IN. AVREM.

Vra huius ægritudinis fit secundum unu; triu; modorum aut cū ingeīatiōe q̄ sequitur euacuatio. aut attractio. aut resolutio. Et prima quidem efficitur

cum tussi & sternutatione aprehē dendo os & nares aut effūdatur in aurem aqua usq; dum impleatur deinde inuersatur cum uelocitate & excludatur aqua tota.& immittatur radius subtilis aure existēte inuersa & cōmoueat caput suum frequēter.& descendat per gradus uelociter.aut tussiat & sternut&· hæc enī faciunt egressione; aquæ facilem.Secunda res perficitur cū suctōibus & medicinis quæ attrahūt aquā efficaciter sicut spōgia marina immissa in aure; ligata cū filo.ut facilius fiat eius atractio. aut lana quæ inuenitur in cōchis marinis.aut frustum medullæ sabbuci. Et ex īstrumētis est cānella quæ mittitur in aurem & fiat suctō per ipsa;.Et quādoque mittitur in aurē extremitas cānellaris & proprie ista quæ attrahit quādo subrelīquitur ei uacuū & est modus attrahēdi uehemēs quādo attrahitur aqua fortiter.Tertia ꝑficitur cum ingeniatione qua fit aquæ resolutio cū facilitate & est ut accipiatur cānella aneti & īuoluatur sup uua extremitatu; eius cotu; sicut usq; ad tertia; ipsius &alia extremitas mittatur in aurē &circūdetur ei aliqd ex coto ut sigilletur in foramine auris. deinde accēdatur ignis super extremitatē quæ est extra.Et dixerunt aliqui quæ precipue fuerit submersa in oleo resoluitur enim aqua cum operatione hac uice post uicem extracta aqua distilletur in aurem oleum ro.tepidum instillatione. I post īstillationem.

INCIPIT.SVMMA.SEPTIMA. DE.MEDICINARVM.AGGREGATIONE.AD.AEGRITVDINES.NARIVM.DE .FOETORE.NARIVM.

Oetor nariu; si fuerit propter uulnera ī naribus aut propter hæmorroidas natas in ipsis dicemus curam ipsius.Si autem fuerit propter humorum putrefactionem īcircuitu nariu; aut suspensorum aut adhærentium in partibus colatorii.aut in parte mamillari.aut in uentriculis cerebri.tūc cura eius ē tres res. Prima est mundificatio capitis pluries iterata cū medicinis quaru; forma est apud te &iā scis eas &hoc fiat post regimen in.vi.generibus reru;.sicut etia; scis.Secūda est intētio circa partem ut abstergatur & mundificetur quod de corruptione inher& partibus alchaiasin.& hoc quidē ꝑficitur cū medicinis quibus inest proprietas hoc facere & ex eis est uinum bonum odoriferum de quo fiat collutio post collutione;.Primo de sīplici.deinde cum uino decoctionis earū quæ sunt sicut myrra.ciperus & ro.calamus aro. myrthus.xiloaloes: & silia. deinde exufletur ī nares calamus aro.spica.ciparus ro.myrthus folia & silia singulariter.aut cōiunctim cum modico salisgēmæ:& similiter cōfert pluuis calamēti mōtani īsuflatus

aut xilobalsami & fortius eis est elleborus al. Inquit. G. urina asinorum est ex melioribus lauacris & infusionibus ad foetorem nariũ & cõfert immissiones tentarum & proprie ex eisdez ex quibus fuerit insuflationes quoruz nominatõ præcessit & proprie confectæ cuz melle aut cum uino odorifero: & ex rebus mirabilibus ad hoc ẽ tenta facta ex puluere ieræpigræ. ʒ. iii. calami aro. myrræ. gar. ãñ. ʒ. ii. spicæ foliorum florum squinanti darsei: sahan: ãñ. ʒ. ii. ʒ. & fac tentas cum uino bono. Inquit Diascorides. & datur fesacham secundum omnez modum administratõnis eius est ad hoc medicamẽ expertuz. Tertia res perficitur cum eo quod facit diuersionẽ materiæ ab emultore & partibus narium sicut proprie cauterium factũ in zuhendeg. cuius formam narrauimus in capitulo de catharo & incuris oculornz. Fit etiam foetor narium ex uapore eleuato a stomaco & alia parte. & cura eius est sicut præcessit post correctionem stomaci aut alterius partis. Sabor. Confectio medicaminis aufferentis foetorẽ narium facientis ex eis inspirare bonum. ℞. xilobalsami aloes crudi. gar. ro. ãñ. ʒ. ii. spicæ. suc. ãñ. ʒ. i. confice cum uino bono ãtiquo aromatiza cum musci dauic. ii. fac pillulas in modũ ciceris & dissoluatur una ex eis in oleo nardino: aut aqua ro. & distilletur in nares postquã laueris eas cu zuino decoctionis spicæ: & ro. Mahomec arazi modus confectionis ad foetorẽ narium expertuz. Accipe aluĩs myrræ calamẽti. galle ãñ. tere & exuffla in nares ex eo: postq̃ laueris eas cum uino ãtiquo odorifero multis uicibus. deinde licinium in eodez medicamine ponatur. Iudeus aliud. ℞. calami aromatici. ʒ. i. myrræ gallæ. ãñ. ʒ. ʒ. musci dauic. ʒ. fiat sicut prius. Idẽ confectio decoctõnis qua lauandæ sunt nares multis uicibus & abscindit foetorem narium. ℞. spic. gar. gallæ agarici. ãñ partes æquales. coquãtur in uino aromatico & sugatur naribus & lauentur nares. & licinium infusuz in eo mittatur in ipsis.

DE. FLVXV. SANGVINIS. NARIVM.

Vandoque est creticus & expectandus super eo nisi exuberet exuberatione super qua formidatur de casu uirtutis. & tũc succurenduz est sicut dicẽus post. Fit quandoque fluxus sanguinis ex natura succedens sodæ sedãs sodam proprie pulsatiuã. & quiescẽ dum ẽ in eo nisi superfluat. & tũc succurendum est ei sicut dicemus post. Et fit quãdoq; propter fracturam arteriarum cerebri: & raro recipit curã. Ve℞ succureũs sicut dicemus post. Et quãdoq; accidit propter ebullitionem factam in sãguĩe cuz comunitate totius corporis. aut cum comũitate epatis tãtum quãdo propter supercalefactionem eius cadit ebullitio in

224a

sanguine. Et intentio in curatiōe eius est duplex uniuersalis.s.& particularis. Vniuersalis quidem fit tribus modis. Primus modus est cum eo quod alterat malaȝ complexionem & auferūt acuitatem sāguinis. sicut proprie cibi & potus frigidi congelantes. & infusiones & balnea ex aqs frigidis & sessiones in eis & emplastratiōes super epar ex rebus naturæ infrigidationis. & acetum in hoc est mirabile & proprie ēplastrationes pānorū infusorum in aceto infrigidatorū in niue & positæ super ep. & sumen & super extrema. & testiculos utēdo permutatione post permutationeȝ. cautella super hoc habita ne ultima consequatur īfrigidatō Secundus modus ē ut fiat diuersio sanguis ad diuersū uel oppositum & hoc quideȝ perficitur cum flebothomia subtili ex latere opposito in principio. deinde ex eodeȝ fiat. & quādoq; oport& ducere ad ultimum fere inanitionis. & uentosatione super epar si ex nare dextra. aut super splenem si ex nare sinistra. aut super utrūq; & sup sumen si ē ex utraque. Et conferūt uentosationes super crura & sup calcanea ex parte domestica quæ si nō conferūt admīstrētur uētosæ super ceruicem & super spatulas cū scarificatione tenui & ad hoc conferūt ligaturæ & cōpressiones dolorosæ factæ in extremitatibus & in testiculis uirorum & mamillis mulierū. Adiudicamus propterea secundum sapiētiam ut si acuitas & inflammatio uincat sanguinem supra multitudinem. modus prius præponatur secūdo. si autem multitudo uīcat aut multitudo & acuitas siliter uincāt in sanguine modi secundi sapīa præponenda est. Tertius modus est ut acquiratur curatio in uiis & ductibus. s. ducētibus sanguinem ad nares & hoc quidem perficitur cum linimētis super frontem: & tempora ex rebȝ infrigidatiuis: & stipticis & si oport& stupefaciētibus ex his quæ dicemus. Particularis autem intentō perficitur cum sollicitudine administrationis reruȝ per īstillatōeȝ & insufflationeȝ & immissiones tētarum fluxū sāguinis cōstrīgentium. Et medicinæ quidem hoc facientes aliæ sunt conglutinatīæ sicut puluis molēdī proprie: & farina & tela aranea & proprie quæ est ī molēdino. aut quæ est uicina fumo: & albumine oui: & spongia marina cum alKitran combusta & fumus picis. & thus. & fumus thuris & stercus asininum. & carta cōbusta. et pili leporis. & coagulum eius & succus alsarat. & gipsū & gummi assum et dragagan. cōbustum. Alia sūt uehemētis stipticitatis sicut rosæ & semen eius. et gallæ & balaustiæ et emphistidos et Kaluræ et succus palmæ & hæderæ cortices: & flores granatorum et bolus: & terra sigillata. & alumē & camphora proprie. et ematites et gūmi assi et myrra et Karabæ

& sanguis draco.& antimonium & succus foliorum salicis:& succus foliorum uitis: & similia. Alia sunt uehemētis infrigidationis congelantia sanguinem:sicut camphora proprie.cortex mandragoræ & succus eius:iusqamus: papauer: lactuca:& succi eorum:& opium & silia Et alia sunt quæ sūt cauterizātia sicut calx:& colcothar calcantum. & æs ustum.& arsenicum:& flos æris & similia. Sed & alia sūt quæ operantur illud proprietate.sicut frequētatio comestionis cerebrorū gallinarum.& stercus asini insuflatū.& succus albedarogi instillatus:& succus porri:& succus portulacæ & similia.Verū conglutiātiuæ sigillatiuæ & stipticæ sūt meliores eis:& propter eas curatio uera.conglutiatiuæ uero stupefacientes & cauterizatione suspectæ sunt.hæc enim aliquādo moribundæ congelando spiritus & extinguendo calorem uitæ.aliæ uero licet restrīgentes magnificant uulnera et post casum crustulæ redditur fluxus uehementior quam fuerat prius. Verificatores uero qui operantur secūdum sapiētiā con gregant ex diuersis diuersarum intentionū.& perficiunt ex eis unū habēs uirtutem sigillatiuā carētē suspitione ex his quæ timētur sicut trademus post.Et oport& medicamina quæ mitti oport& ī nasum ut terantur ultima contritōe sicut alcohol.deinde post eorum iniectionē in nasum strigatur super ea uehementer.usq; dum imprimant & sigillēt super apertione uenæ impressiōe bona.Emplastrū quo utēdū ē super frontem & tēpora: & linitur super ea: & sedat fluxum sanguinis. ℞. boli ar.gipsi puri:succi barbæ hircinæ ān partes æquales.terantur contriti ōe ultima.deinde contere cū aceto forti in uase lapideo. ita quod elaboretur multum in eius contritione usq; dum fiat habēs mediocritatē inter tenue & spissum & liniatur super frontē & tempora.& stringatur super eis cum pila facta ex stuppis et ligatura cōstringente.est enim expertum.& quandoq; apud necessitatē additur opii circiter.p.s.Infusio aquæ ueri frigoris super caput et cōstrictio facta in temporibus ex pila ī fusā in aqua huiusmodi strīgūt sāguīs fluxum in aceto infrigidato in niue.aut succo foliorum salicis et mentæ & foliorum uitis similiter infrigidatis in niue et quādoque immiscētur cum his aliqua ex stupefaciētibus.sicut necessitas cogit.Hamec emplastrum bonū nobile ad fluxum sanguinis ex naribus.et est expertum.quare oport& super eo cautellā adhiberi.℞. camphoræ succi alKascel.ān.p.i.farinæ ordei.p.ii.confice cum succo albellac:uel cum succo uuæ lupinæ uel cum aqua.ro.& line super frontem ex eo & tempora.& pone cum licinio ex eo in nasum.Idem medicamen abscīdens fluxum san

guinis ex naribus. Accipe papiri combusti corticum ouorum combustorum. KaKure: corticis granatorum. misce cum eis parum aquae infusionis salis & cum licinio naribus immitte. Idez aliud ualens ad fluxuz sanguinis ex ruptura arteriaruz. ℞. olibani: aloes ana. tere & confice cum albuie oui: & fiat sicut mel. & utere cum licinio. Medicamen ex inuentiõe nostra cito sanans. ℞. camphorae sã. dra. ana. 3. i. KaKure: sandalo. ru. fricatorum: colcotar: aluis iamei thuris papiri cõbusti ana. 3. ii. confice cum aqua salis & fac trocis: & quando oport& dissolue cum ẽcaustro scriptorum: & utere cũ licio. Aliud siliter ex inuentione nostra. Accipe pãnũ lineum antiquum & submerge ipsum in litio dissoluto & in encaustro scriptorum. deide fac exiccari & combure ipsum & cinerem eius in narem exuffla: est enim exptum bonũ. uel solum liciniũ in pãno illine & combure & utere. Gabriel. Aliud ualẽs similiter: accipe scoriae aeris papiri cumbusti corticũ ouorum combustorum. KaKure corticũ granatorum. ana. confice cũ albumie oui & utere. Diascorides stercus asininum siccuz & recens insufflatum in nares & etiã odoratũ stringit fluxuz sanguinis cum uirtute: & dixerũt quidaz ex posterioribus quod si misceantur cum eo opii. & cãphorae circiter. ana. partis unius sextam: est medicamen ultimũ. Isaac. medicamen bonum accipe san. dra. ramic. piperis combusti. ana. se. ptulacae combustae. balaustiae. ana. p. 5. tere & utere cum cãnello. & accipe ex eo & confice. cũ succo coriãdri. humidi & utere cũ licinio. Filius zachariae arazi cõfectõ medicamis quo liniri oport& super frontem & tempora. & abscindit fluxũ san. na. ℞. KaKure succi barbae hircinae. olibani aloes gallarũ. balaustiae. gũmi assi myrrae boli. ar. opii. ana. fiãt troci. & liniatur ex eis sup frõtẽ cum aceto & liniatur super pectinem & renes & cõfert mictui sã. & fluxui mẽstruorum: & pessarizetnr etiã in uulua & cõfert aegritudini sanguinis. & dissinteriae & fluxui menstruorũ & clisterizantur in uẽtrem & cõfert aegritudini sanguineae. & dissinteriae: & confert fluxui sanguinis ex uulneribus ũdecunq3. Ioanes serapionis medicamen abscindens fluxũ sanguinis na. abscisione forti ℞. colcotar. telae araneae. alumis. ana. partes aequales confice cũ albumie oui. & utere cum licinio & liniatur super frontem & tempora. ex bolo ar. succo barbae hircinae farina lentis & balaustiae. & modico camphorae. & opii cum aceto. Idẽ. ℞. aluminis terae sigillatae gallarum. perforatarum adustarum & extinctarum ĩ aceto: succi hemfistides. ana. partem. i. cãphorae. opii. ana: partis uuius tertiam. insuffletur ex eis in nasum. & ĩtingatur liciniũ ĩ encaustro in quo duplicatum fuerit colcotar: deinde aspergatur sup ipsuz

150

ex medicamie:& mittatur i nares bonum si deus uoluerit. Alexāder spongiaʒ marinam nouam in alKitran intinge :& combure & utere cum licinio. Ioannitius confectio medicaminis abscīdentis fluxum sanguīs ex na. ℞. balaustiæ sā. dra. fumi thuris uel farinæ eius: aloes gallarum adustarum extinctaꝶ i aceto colcotar calcis uiuæ. alumis iameni: gipsi lapidis molēdini. ā͞n. partes æquales: opii cāphoræ ā͞n p. 5. insuffletur ex eo in nares & utere cum licinio. Habuali. ℞. succi barbæ hircinæ KaKure. ā͞n. ʒ 5. camphoræ. grana. ii. confice cum succo floruꝫ palmæ:& distilletur ex eo in nasum. Idem accipe papiri cōbusti. corticis thuris: pulueris molēdini. aloe: colcotar: ex medietate eorum fiat tenta cuꝫ aqua albedarogi. uel albumine oui:& ex alia fiat puluis & utere.

DE. NOCVMENTIS. ODORATVS:

Ocumenta odoratus sūt diminutio eius aut priuatō: aut permutatio: aut mendositas: odorabile enim aut sentitur debiliter aut nullo modo sentitur: aut sētitur in contrarium eius quod comprehēdit ratio. aut sētitur ex odoribꝫ odor qui nō iuenitur i aliquo præsētiū. Et contingunt quidem nocumēta quādoqꝫ propter casū aut percussionem in uiis: aut colatorio:& accidit ex hoc ut cadant nocumenta in ossibus & tortuositas:& dissolutio formæ:& fortassis non recipit curā. Et quādoqꝫ cōtigit ab apostēate:& uulnere putrefacto. aut cācroso. aut a carne addita:& putrefacta:& dicemus curam eius post.& accidit interdum propter malitiam complexionis i uia nasi & partibus suis: siue mateia aut cum materia aut cum uentositate oppilāte alchaiasin. aut colatoriū aut duo emūctoria. quæ sūt sicut capita mamillaruꝫ & quidem quodcūque horū fuerit uacuū aut cronicum uix curam hab&. Si autē malitia complexiōis sine materia fuerit. cura eius est per contrariuꝫ administrando embrocas in prora capitis.& suctio per nares & odoramēta & caputpurgia ex his quæ dicēus. Et siquideꝫ fuerit calida confert lauaturæ ex ros.& coriandro & suctiones per nares ex oleo ro.& aqua ro: cum modico aceti & silia.& quādoqꝫ miscetur cū eo quod ē sicut camphora & aqua decoctionis mētæ humidæ. aut siccæ cū ciperis:& ē iuuamēti sublimis.& similiter euaporatio aceti est enī ultima: Si autem fuerit malitia complexionis frigidæ quod ē secūduꝫ plurimuꝫ conferūt lauacra & embrocæ ex eis quæ sunt sicut spica & calamus aro.& calamentuꝫ & sansucus & similia.& iunctiones & suctiones quæ fiunt naribus ex oleo costino & rutaceo & silibus & oleo de neriden cum eo quod est sicut castoreū. eufor. muscus:& similia. Si autem malitia complexionis fuerit cum materia. aut uen

tositate crossa & oppillatione. intentio tunc incuratione ē duplex uniuersalis. s. & particularis. Et prima quidē perficitur cum euacuatione materiæ & iteratiōe eius si oport&. Secunda perficitur cum embrocationibus & lauacris & inclinatione capitis super uaporem camemillæ sansuci sisibrii calamēti spicæ & similium. deīde cū gargarismatib; ex eis quæ mūdificāt caput. & iam dixīus ea; post hoc cum caputpurgiis & suctionibus per nares cum castoreo. & fellibus animaliu;: & condisi & nigella & rebus odorabilibus: sicut serapinu; proprie & castor. & nigella & cōdisi & pipera: & muscus & similia & proprie mista cum oleo nardīo camemillīo & similibus & assiduatio odoris rutæ est experta ī hoc casu & similiter caputpurgiū ex ea & caputpurgiū ex nigella trita cōtritiōe ultima: quæ fuit infusa in aceto & mista cū oleo antiquo & sugat cum naribus uehemēter ē eni; mirabile & caputpur. ex urīa cāelli & elleboro. aut pulpa collo quintidæ aut eufor. est sublime & similiter ipsa urina per se. Cum autem caputpurgiū & suctiones generant ardorem & combustione; in naribus tūc succuratur cū oleo ro. & cu; lauacris ex aqua calida & aqua furfuris siue thurris & oleo de cucurbita. & sīlibus. Mahomec arazi puluis bonus ad oppillatōnem narium & defectionē olphatus. ℞. arthāite condisi salis ar. terātur sicut alcohol: & suffletur ex eo in nares postquā euaporaueris cum aceto & oleo calido. Ide; aliud ualens similiter & est bonū ℞. nigellæ fellis gruis coloquītidæ ellebori al. ān. terantur contritione subtili. deīde funde sup eā terendo urinā camelli arabici deinde facias exiccari & teri & fiat ex eis sief. & cum oleo sanbacino aut sansucino distilletur in nares est enim expertu; bonum. Si aute; dolorem patiatur succuratur ei cū aqua calida. & oleo de se. cucur. aut aqua furfuris. Idem & est sublime Accipe nigella; postq̄ fuerit infusa in aceto & exiccata & contere sicut alcohol. deinde misce cum oleo ueteri. Et modus utendi eo ē ut impleat patiens os suum aqua & reclin& caput suum retro. deinde instillentur ex medicaīe aliquæ guttæ in naribus. & sugat uehemēter donec egrediatur humiditas plurima tenendo os apertum sup uapores aquæ calidæ. deinde lau& cum aqua calida & faciat hoc tribus diebus tribus uicibus.

DE. APOSTEMATIBVS. NARIVM.

Ntentio in curatione ē triplex. Inprincipio nanq; indig& medicaīe repellente materiam sicut proprie oleu; ro. myrthinum cum aqua ro. quodcunque eorum fuerit. post hoc est utēdum quod est sicut oleum conquassatum cū aliqua ex mucillaginibus aut cum lacte mulso. ultimo uero indig&

medicamine maturatio: sicut dia- quilon dissolutũ in oleo aut mu cillagines maturatæ: dissolutæ in o leo: aut mucillago radicis lilii co cta cũ lacte & trita cum adipe gallinæ aut porci & adeps gallĩæ. cum oleo de amigdalis & cæra cõ fert ĩ hac hora. Hamec medicamẽ cõferẽs apostematibus: & bothor sanguinis. accipe farinæ ordei ros. ãñ. camphoræ. p. unius quartã: tere & confice cum aqua ro. uel cũ suc co granatorum acõsorum: unge in tus & extra probatũ est. Aliud ad apostemata ex sanguine. accipe succi solatri: & succi acõsorũ gra natorũ & aquæ ro. ãñ. partes æqua les: olei ro. p. ii. conquassẽtur cum modico cãphoræ & unge intus & extra. Idẽ ad apostemata ex cole- ra. Accipe mucilla. psilii: aut se. cy doniorum: aut albumen oui: & cõ quassa cum oleo ro. aut uiola. & infrigida eam & utere bonum & expertum est:

DE. VVLNERIBVS. ET. VLCE RIBVS. NARIVM.

Quædam ex eis sunt manife sta exterius & quædã occul ta ĩterius: quæ autẽ manifesta sũt alia sunt sicca sicut crustæ. alia hu mida & lenia: & prima quidẽ curã tur cũ medicinis mediocris exicca tionis: sicut unguento de cerusa proprie & ũguento triparhmaco aut oleo ro. dissoluto cũ mastice & puluere ro. misto & similibus. Si autem fuerint uulnera humida curantur cum medicinis minoris exiccationis. sicut oleo ro. & adipe gallinæ & cæra simul dissolutis & similibus: Consuetudinaria autẽ uulnera quæ sunt sicut crustæ & bothor & asperitates rubei colo ris ro. naso accidẽtes: sed exterius curantur duobus cauteriis positis inter labia & gigiuas. iuxta dentes caninos. ut ascendant hĩc inde ad colatoria nasi. Occulta aũt interi- us latentia ĩ partibus alkaiasi. pra ua sunt: & prauiora quæ sunt in p tibus colatoriis adhuc magis quæ fiunt in uentriculis & eis etiã sũt sicut capita mamillarũ. Et ex eis quædam sunt recentia in quibus non multum præteriit temporis: alia sunt antiqua cronica. Recen- tium autem duo sunt genera cura tionis. Primum quidẽ est mundi ficatio & perficitur cum medici nis lauatiuis debilis abstersionis sicut aqua mellis proprie & quæ hoc cursu procedunt. Secundum uero est consolidatio & sigillatio eorũ & pficitur cũ medicis lauatĩs debilis exiccationis sicut unguen to tripharmaco. & unguento de ce rusa: confortans cum modico myr ræ & olibani & sanguĩs dra. Croni ca autem & putrida triplici eg& genere curationis: & primum qdẽ est mundificatio eorum cum eo quod est mediocris abstersionis sicut uinum proprie & mel & simi lia. Et quãdoque expetit necessi- tas apud multitudinẽ putrefactõ nis: ut misceatur cum eis: quæ sũt sicut colcotar: aut unguentum

225 b

ægyptiacum:& urina quidē infantium est mundificatiuum bonum & nos diximus multa ex his in capitulo de ulceribus aurium. Secundus uero est incarnatō uulneris cum eis quæ sunt sicut unguētū de cerusa:aut unguentū tripharmacum cōfortata cum eo quod ē sicut colcotar & similia. Tertiū uero est consolidatio uulnerum & sigillatio eorum & perficitur cū medicinis exiccatiuis non multæ exiccationis sicut proprie marā factum ex rebus quæ sunt sicut olibanuʒ myrra sarcocolla &similia Et quadoque apud necessitatem miscetur cum eis quod est sicut aristolo.ro.& colcotar & similia.& proprie quando timemus de futura putrefactione dicta sūt in capitulo de uulneribus aurium plura q̄ afferātur ad locum hunc:excepto quod uulnera aurium sicciori & acutiori indigent medicaīe q̄ uulnera narium:& tua est discernere & mensurare ea &cōfert cauterium in zuhendeg. Hamec filius Zachariæ medicamen bonū conferens uulneribus narium recētibus & antiquis & fecit hyspanus Accipe cerusæ.olei sisamī & medullæ cruris uaccæ.&olei amigdala. dulcium cæræ albæ & gūmi albotin ān̄. dragg.gummi arabici. ān̄:p:5.fiat ex eis glutē cum modico aquæ ro.& fiat unguentum cū cæteris &utere super morbo.& cū licinio de panno.Si autem uulnera occupant alchaiasin &descēdūt ad foramina usque ad palatum.& ad guttur.sugat naribus filum usque dum descendat ad palatum & trahatur per os & trahatur filū sicut sera usq; dū locus sanguinetur.deinde unge filum cuʒ medicamine. & hoc fiat omni die usque dum sanus fuerit est enī expertuʒ. Idem medicamē conferens fistulis in naso & ulceribus siccis expertū ℞.cæræ al.p.ii.medullæ cruris uaccæ parteʒ.i.olei.camemillæ.sisamī olei.nardini.olei de amigda.dulcibus.ān̄.p.i.fiat unguētum.&misce cum eis mucillagines dragg.al.& mucillaginis hunsa.&mucilla.se.cydoniorum & psilii & se. lini.ān̄.p. unius sextam:fiat ex eis unguentū cum pauco croco.& utere sicut primum.uerum etiaʒ ad scissuras labiorum.Idem aliud ualēs similiter .Accipe cæræ.ru.p.i.olei.ro.p. vi:dissolue ea & misce cum eis litargiri cerusæ fecis argenti.ān̄.partis unius tertiā fac unguentum & utere & ex eo sæpe tāgat nasum Sabor aliud bonum ualēs ad idē Accipe litargiri olei ro.olei myrthini ān̄:p.i. aceti & succi mentæ ān̄.p.5. confice & unge bonum:si deus uoluerit.& quādoque fit sine aceto & pro aceto pone succū mentæ & quādoque pro aceto uinum & est bonum .G.unguentum de flore æris bonum mundificās uulnera saniosa & consolidās ipsa ℞.cæræ .ʒ.iiii.olei antiqui uel facti ex oliuis in maturis.ʒ.xvi.floris æris puluerizati sicut alcohol

152

149

ʒ.ii.fiat ex eis ungnentum & utere cum licinio & quādoque additur uel mīuitur ex flore æris secūdum quod exigit necessitas: Vnguētū ex inuentione nostra sanans uulnera narium & ubicunque sint in corpore. Accipe luben.& triofilon a cōsi.ā̄n.℥.ii.proiice super ea post q̄ fuerit cōtusa:olei ro.olei myrthī ā̄n.℥.v.& dimitte in uase lapideo per dies.vii.deinde bulli ebulitōe una & cola:& cum cæræ citrinæ ℥.ii.ʃ:fiat unguentum ex eo in licinio & utere:& quandoque permiscetur ad omnem.℥.i.istius unguēti ex flore æris.ʒ.ii.Filius Serapionis:medicamen conferens ulceribus nasi. ℞.cerusæ merdasēgi: plumbi usti.ā̄n:partes æquales.abluantur uicibus pluribus.Postq̄ fuerint trita.deinde fac ex eis unguentum cuʒ uino & oleo myrthino diu terendo in mortario nūc oleum nūc uinum.ā̄n.parum infundendo usque dum impīguetur:ē enim expertū bonum.

DE.POLIPO:QVI.FIT.IN.NARIBVS.

Vrus & niger:& non tractabilis:& mollis & putridus & foetidus fortasse non sanatur q elongatur & pend& & aliquādo egreditur extra habēs radicem gracilem tenuem non nimis profundataʒ:curatur incidendo iuxta radicē eius cū forficibus postq̄ apprehenderis &traxeris cum tenaculis deinde post incisionem cauterizetur super eo quod remanet de radice cum ferro ignito aut cuʒ medicamine acuto:& hoc quidem fiat post corporis mundificationeʒ pluries iterata:& post flebothomiā:& quādoqꝫ necessitas expetit ut fiat cauterium in zuhendeg:& proprie apud fluxum reumatis ad ptes narium:sicut dictum est in eis quæ sunt de curis cathari & corrizæ.Si autem polipus descendit per foramina palati ad palatū & guttur:trahatur similiter cum tenaculis & incidatur secus radicē eius cū forficibus ignitis:ut curretur.deinde cuʒ medicamine acuto sicut iaʒ diximus.Si auteʒ eius īcisio nō fuerit facilis secundū moduʒ quē dixīus:tunc accipe duos aut tres filos caudæ eq:& torque singulum eorum per se.deīde ex eis retorquēdo fac sicut filū unuʒ & fiāt ī eo nodi tres uel quatuor & mittatur per nares cuʒ acu plūbea & declinetur cum ea ad foramina palati.& trahatur per ipsuʒ palatum cum facilitate donec filū exeat per foraīa palati.& tunc accipe utrāqꝫ extremitatem fili:& ducas & reducas ad modum serræ usque dum tota incidatur caro:& si aliqd reman& tūc fiat sicut superius dictū ē:abiecta autem tota carne polipi curetur deīde cuʒ ūguēto uiridi & medicamīe īcarnatio Plurimum autem polipus non est multæ additionis:& curatur post incisionem cum medicaminibus acutis:ex his quæ dicemus post.Si autem fuerit cācerosus cura eius ē

difficilis curatur tamen quandoq; cu; medicinis acutis & aliis:sicut dixĩus ĩ capitulo de ulceribus na riu;. Loco aũt nariu; a polipo per fecte mundato curetur:deĩde cũ unguento uiridi. & unguento de cerusa dictis ĩ cura ulcerum.Dia scorides medicamen auferens po lipum narium cãcrossum.Accipe se.luf.serpentis & tere cum succo malorum granatorum tritorũ cu; cortice suo:& liniatur super poli po:&in circuitu eius.Idem opera tur similiter succus radicis eius & proprie lana ex aliquo eorum ĩbi bita & immissa naribus & est exp tum .G.medicamen sanãs & cõsu mens omnes additiones carnis in naribus cu; leĩtate & sine dolore & sanans ulcera ĩ eis & efficit ope rationem suã tempore lungo:qua propter sine cessatione utendũ ẽ eo.accipe ex tribus generibus gra natorũ p.æquales:tere eas secũdu; totalitate; eorum:& extrahe succũ ipsorum:& decoque ĩ essẽtia rob tenuis.deinde tere substantiã gra natoru; contritione multa usque dum fiat sicut pasta.& fac cũ suc co eorum formas similes nastalib; & ĩtromitte ex eis in nasum unam post aliam prælíniendo eum cum succo prædicto:& hoc fiat tẽpore extenso.efficit enim operationem debiliter sine dolore & est exper tum . Quidam uero ex experienti bus admiscuerunt cum eis ex tro cis.altatalon quãtitatem sufficiẽ tem ad uigorandu; operationẽ eo rum.Filius Serapionis.Confectio medicaminis consumẽtis polipũ & omnem carnem additam.℞.sco riæ æris aur.iiii.calcanti.aur.iii.el= lebo.ni.aur.i.arsenici ru.ʒ.ii.tere & fac puluerem & insuffla in nasum aut confice cum uino & utere cũ licinio. Idem confectio troccis. alchandi quorum iuuamentum ẽ uirtuosum:cõsumit enim polipu; & cancrum & omnes additiones carnium in omnibus locis.℞.cal cis nõ extinctæ arsenici citrini.ãñ p.iii.colcotar floris æris:aluĩs ãñ. p.i.gallarum KaKuræ balaustiæ.ãñ. p.5.contere ea in mortario æneo cum aceto forti contritione mul= ta usque ad dies.v.deĩ de fiant ex eis troci.& conseruẽtur in uase ui treo & loco frigido & sicco:& dĩ stempera unu; ex eis cum uino & utere cum licinio:est enim exper tum forte.

DE.STERNVTATIONE.

Ternutatio aute; in quibus dam est utilis & ĩ quibusdã nociua.Vtilis post maturationem corrizæ.&post digestionẽ sodæ& frenesi & litargiæ & sub&.& inter cisioni memoriæ & epilepsiæ & apoplesiæ & ægritudini neruorũ & scothomiæ.& facilitati partus & ad expulsionẽ secũdĩæ:& ex eis quæ submouent sternutatõe; &in citant :alia sunt quæ sumuntur p os sicut cepe acutum & aleum &si napi:& uinum forte & acutum & similia:& alia sunt ab extrinsecus incitantia sicut radius solis:uẽtus

acutus. fumus & similia: & ex eis ē approximatō ad iuuēculā & hæsitatio & desiderium coitus. Et alia sunt odorabilia & intrantia narem sicut rosa proprie odorata generat enim sternutationem calefactis & folia myrthi cum aceto & succus foliorum uitis insufflatus & salicis & similiter acresta: & similiter camphora cum onfacino & opio insufflata in nares: & nenufar odoratum & solatrum similiter: & sief memithæ cum camphora: & uapor aceti: & sīlia. Infrigidatis uero sternutationē stimulātia sunt. mezereon: eufor: elleborus. cōdisi piper: oleander: fella animalium. castor. artanithæ: cucumer. asi. zz. piretrum: sansucus: auricula muris ireos nigella infusa in aceto pulpa colloqīti. baurac: oppoponacum serapi. aloes suffeis gallia: sinapis. ruta siluestris & similia. Composita uero incitantia sternutationeʒ plura dicta sunt in capitulis quæ præcesserūt. Nociua uero sūt sternutatoria in prīcipio cathari difficilis & in ægritudinibus catharalibus pectoris: pulmonis: & faucū & costarū digestioni sodæ ex plenitudine & etiam omnibus ægritudinibus quaꝝ nominatio præcessit. & ante mundificationē corporis comunem. Sternutatio aūt facta ꝑ se. quādoque fit propter fortitudineʒ cerebri uigorosi ad expellendum superflua. & est significatō laudabilis ī ægritudībꝫ cerebri. desperatur eniʒ de eo qui sternutare non potest in ipsis medicaminibus adhibitis. & quādoqꝫ fit propter passibilitatem cerebri recipientis facile impressiones redundātes ex austro & borea. Quare aut fit coarctatio & expressio propter impressionem ex frigore & borea & expellitur materia coarctata: aut disolutō & expulsio propter impressioneʒ ex calore & austro. & expellitur materia dissoluta. Sternutationem autem prohibentia sunt proprie passiones animales sicut gaudium proprie: & ira & sollicitudines & cogitationes: & fricationes aurium & extremitatū & contorsio nasi & fricationes gīgiuarum. & palati & līguæ & oculorum. Et si contingat propter īcitationem factā a calore aut austro sedāt uehementiā eius oleum ro. & oleum de salice: & sīlia odorata & effusa in ambas aures & super caput: & sorbitio aquæ frigidæ: & sugere eā naribus & lauare faciem cum ipsa. Si uero contīgat propter incitationem factā a frigore & borea cōferunt infusiones oleorum calidoꝝ sine mordicatōe in ābabus auribus & super caput & in nares: & sorbitiones calidæ & balneationes: & odorare camemillaʒ & poma redolentia & galliam & spicam & myrram & muscū & ambram & xilobalsamuʒ. & conferūt ēt odores herbarū quæ nascūtur in mari & spongiæ & citaruꝫ maris: & lanarum & liporum quæ sunt in eis.

226v

INCIPIT·SVMMA.OCTAVA. DE.MEDICINIS.AEGRITVDINVM.ORIS. CAPITVLVM. PRIMVM.DE.SCISSVRA.LABIORVM.

Cissura labiorū quādoq; fit in labio & cum comunitate narium:& fit post corizam & catharū solitum fluere ad partes illas quare turgēt nasus labiū cum uestigiis rubedinis interdum:& interdū bothor:& interdum cum crustis:& scissuris & asperitate:& cura eius est tres res. Prima ē mundificatio ab humore qui superabundare uidetur. Secūda est diuertere materiam cū flebothomia.si peccatū ē in sāguie: aut cum uentosis uel cum scarificatiōe in collo & occipitio: aut cū cauterio in zuendeg si necessitas expetit. Et quādoque fiunt cauteria quæ diximus in capitulo de uulneribus narium & sunt mirabilis iuuamenti. Tertia est adæquatio loci & correctio nocumētorū quæ accidit in locis ipsis:& hoc quidem dictū est ī capitulo de ulceribus narium. Et quādoq; fit in labio superiori uel inferiori absq; comunitate aliarum partiū & proprie per contractionem accidentem musculo trāsuersali ipsius labii quare accidit ei ut scīdatur labiū scissione profundante:& multiplicatur huius quidē apud multiplicationem boreæ. Et cura eius est cum unguento de cerusa aut oleo ro.& cerusa:aut litiū cū oleo ro:& cerusa &alia quorū rememorabitur post. Et sūt ex homib; qui incidunt musculum ipsum secundum trāsuersum eius profundantes cū sagittella usque dum īcidatur secūdū totalitatē eius.deīde ponunt puluerē cynamomi & gallarum usque dū sanetur. Et sūt qui cauterizant secūdū transuersum eius cauterio uel nummo aureo subtili.deinde curant cum cerusa & aliis. Democritus medicamen expertum ad scissuras labiorū:Accipe furfuris & pilorū caudarū equi.p.æquales:combure sup lamina ferrea & misce cinerem eorum cum melle & unge locū mane & sero usque dum sanetur. Cæratum sanans scissuras labiorum & est expertum:accipe glutī albotī mellis masticis:isopi humidæ.āā. p.æquales fac sicut cæratum &utere. Aliud ex inuentione nostra.℞. gallarū:cerusæ.āā.p.i.amili.dragg. āā.p.S.confice cum adipe gallinæ quantum sufficit.expertum est:utere sicut primum. Aliud ualens ad ardorem & combustionē & ulcera labiorum & est iuuamentum expertum.℞.litargiri cerusæ:fricatiōis plumbi:& olei iusquiami.al.& cæræ āā. p.æquales: olei ro.quātum sufficit expertum est. Diascorides ad scissuras labiorum. Accipe gallas & pulueriza sicut alcohol misce cū melle & utere:aut misce cū terebintia : aut adipe gallinæ:aut anatis:aut accipe gallas & tere sicut alcohol & misce cum terebin

154

tia & masticie & isopo & melle. expertum bonum. Filius Zachariæ Medicamen bonum conferēs scissuris labiorum & faciei & manuum. Accipe cæræ citrinæ isopi humidæ adipis anatis. an̄: p. i. olei ro. p. ii. amili dragg. mucilla. se. cydoniorum an̄. p. s. Fiat ex eis maran ex quo loco prius fricato ingrediatur balneum: & exiens inungat locum ex maran & ex dragaganto trito sicut alcohol superaspergat & hoc faciat usque dum sanetur.

DE. DOLORE. DENTIVM.

Ntētio in curatione duplex est. uniuersalis & particularis: & uniuersalis quidē intētio est tres res. Prima est euacuatio materiæ: secunda est diuersio: tertia est prohibitio fluxus ipsius Et prima quidem res perficitur cum euacuatione per flebothomiam & uentris solutionem: & illud significabitur tibi accidere cum comunitate cerebri: & partiū capitis: uerū si dolor fuerit propter apostema quod est in gīgiua cuius materia est sanguis acutus: confert flebothomia cephalicæ: & scarificatō & incisio uenarū quæ sunt in labiis & sublingua: & hoc fiat gradatī: & conferūt etiam sāguisugæ positæ in radice dentium & uentosationes submēto cum īcisione & si absq; apostemate fuerit: tamē ab eadem materia admīstrāda ē flebothōia & aliqua quæ diximus: & si cū hoc sanguis fuerit acutus colericus flebothomia & uentris solutio sunt necessaria. Si autem ex hu. fiat frigidis euacuatō cū eo quod est sicut pillulæ cochiæ & ieradiacolqnti. & similia. Secundam rem complēt flebothomia & uentosationes quas diximus & fricationes extremitatum & ligaturæ: & compressiones dolorosæ & cauterium in zuhendeg: & similia: Et dixit. G. si teratur aleum & ponatur in radice manus super palmam in parte domestica: & proprie ex manu quæ sequitur dolorem: sanat dolorē dētis. & expertum est. Tertiam rem complent admīstrationes medicaminum prohibētiū fluxum declinare ad dentes: sicut pillu. alcober quas fecit Alexander: & scripsius eas in capitulo de catharo & coriza: & nos plura huius intentiōis scripsimus illic. Particularis autē intentio diuiditur in curam uerā & curam mendosā: & uera quidem hab& tres sēitas. Prima qdem est ut ī prīcipio doloris administrentur medicamīa quæ confortant dentes: & repellant reumatizationē materiæ: & sint in materia quæ calida est sicut retentio aquæ frigidæ cum aceto in ore cum aqua ro. aut uicissitudo eorum aut aliqua infrigidantia quæ sunt ex succis: & decoctione eorum quæ sunt sicut ro. & myrthus cum modico camphoræ: & huius etiam intentōnis est oleum ro. & oleum de salice & oleum de oliuis immaturis & oleum myrthinum aliquando

confortata cum aceto & camphoræ parum. Cum autem incipit pertransire tempus principii administrãdum oleum ro: cuꝫ decoctione masticis parꝶ & adhuc post hoc oleum ro. cum decoctione uini & masticis aut oleũ ro. cum decoctione uini: & passula: aut fenugræci: ultimo uero gradatĩ perueniẽdum est ad resoluentia & maturãtia ex his quæ dicemus. In materia uero frigida administrentur in principio: quæ sunt sicut oleũ ro. cum mastice: aut oleum ro. cũ succ aut ramic & similia: & post hoc oleum ro. quod est sicut isopus & halasce: aut succus porri post ebullitioneꝫ eorum & similia. Postremo uero ea quæ sunt sicut radix colloquinti. cum aceto: aut staphisagria: aut piretrum: aut aliud & similia. Cura autem mendosa ẽ cura quæ blandiendo sedat uehementiam doloris & hoc quidem stupefaciendo: & huius quidem intentionis est iusquiãus: & proprie suffumigatio facta ex eo. & expertum est de opio & oleo ro. linies super dentes. & similiter piretruꝫ & camphora: si applicentur super dentem sedãt uehementiam doloris eius. Et de exptis ãnexis super dentem remouentibus dolorem eius. est medicamẽ: quod ℞. iusquami al. opii. stor. galbani. ãn. ℥. i. piperis: assæ. fe. ãn. ℥. ʒ. misce cum rob. uuæ & cum endiuia: & liniatur super dẽtem dolorosum. Aliud accipe opii & castor. ãn. partes æquales & distilletur ex eis granum. i. uel ii. cum oleo ro: in aurem sequẽtẽ doloreꝫ: & ex eis ẽ saginea proprie & trocis. stellæ & filoĩum: sunt enĩ mirabilis iuuamenti: & proprie misce cum eis aliquãtulo opii. & confert colluctio decoctionis iusquiami aut radicis eius cum oleo ro. & aceto. Acetum autem decoctionis spolii serpentis. Est ad id mirabile proprietate quæ est in ipso. Sandaraca cum aceto est iuuamenti sublimis. prohib& enim reuãtizationeꝫ a dentibus & gingiuis & sedat dolorẽ uehemẽtem & constringit gingiuas: aqua ro. confortata cum modico camphoræ ual& dolori dentium colluto ex eo ore: ual& etiaꝫ oleuꝫ ro. sine mastice & cuꝫ mastice. gallarũ decoctio cuꝫ aceto ueruꝫ siliter: solatruꝫ cuꝫ aceto est medicamen expertuꝫ. Mahomec arazi. Cõfectõ trocis. sedantiuꝫ dolorẽ dentis calidũ: & doloreꝫ apostematis in gingiuis. ℞. coriandri se. ptulaca. sumac lentiuꝫ excortica. sandali citrĩ ro. piretri cãphoræ ãn. p. æquales: fac trocis. cũ succo solatri: & line denteꝫ dolorosuꝫ cuꝫ uno eoruꝫ dissoluto in aqua ro. & aceto præcedentibus flebothomia & solutõne uentris & uentosatione sicut dixĩus. Filius Zachariæ. Medicamẽ conferens doloribꝫ dentium & corrosioni eoruꝫ. ℞. carmezit. ℥. ii. & ʒ. corticis capparis. ℥. ii. bulliant cum aceto & teneatur tepidum in ore in parte dolente expertum ẽ.

Idem aliud conferens dolori & cõmotioni dentium.℞.gallæ corticis glandium.ān.bulliat cum aceto medietas eorum:& utere colluendo:& ex alia medietate fiat puluis:& post collutionem utere super dentes:conferunt collutiones diu retentæ in ore factæ ex rebus quæ sunt sicut cortices radi cũ cipparis & acetum:postq̃ ex decoctiõe eorum fit collutio in parte lesa:& ex eis est teda pinguis &cortex eius &pulpa eius &proprie acetum decoctionis eorum. & acetum quod iaȝ bulliuit in testa colloquiti.spatio multo: & ē magni iuuamenti:& condisi bullitum cuȝ uĩo est ultimuȝ.Decoctõ calamenti cum aceto:aut uino est iuuamenti magni:&similiter radix rafani & folia almezereon & piretrum:&.zz.& radix cucu.asi.aut succus eius cum aceto & siliter ar mel cum aceto & piretrum etiam cum aceto & aro·ro.sunt experta & similiter stipites alii cum piretro & aceto:& quandoque ĩdig& dispositio &indigetur admin stratiõe apud uehemẽtiã doloris reȝ. maturatĩaruȝ & collutionibus ad sedãdum dolorem:sicut proprie oleum calefactum in aqua in quo decota sit radix alteæ:& camẽillæ & mellilo.& fenugræcum:singulariter aut coniunctĩ:quoniã sũt sedatiuum bonum.Reruȝ aũt quæ applicantur super dentes & sedat dolorem sũma hæc est:piper &aleum & alKitran administrata super dentes resoluũt dolorẽ congelatiuuȝ:aut piper & eufor.cũ melle aut piper:& assa foe.& cũ sinapi aut serapi. Et ex expertis est medullæ nucleoruȝ psici.p.i.pini.p. 5. confice cum alKitran:aut piretri piperis.zz.staphisagriæ.ãn.ȝ.i. baurac armeni.ȝ.i.&.5.fricetur cũ eis gingiuæ:sunt enim iuuamenti sublimis:& similiter nigella cuȝ oleo antiquo & oppopo.cum piretro.serpentis spolium combustuȝ & mistum cũ oleo ad spissitudinẽ mellis illinituȝ super dentes: est mirabile in sedatione doloris.Ex origano & nitro puluis factus & super dentes & gingiuas sparsus mox dolorẽ tollit. Res autẽ quibus dentes suffũigati tollitur dolor dentiũ:sunt se. porri cuȝ alKitran. Postq̃ recipitur fumus per traiectoriũ ex eis sup dẽte doloroso:sedat eniȝ dolorẽ:& occidit uermẽ:similiter ex se.cepe cum alKitran & similiter ex se.iusquiami & se.porri & alKitran:partibus æqualibus:factis ex eis formis sicut auellana & subfumigõe facta una ex eis pertraiectorium.Res uero q̃bus fit uaporõ exterius ad dolorem dentiuȝ:sunt sicut malua anetum:altea:& herba nitri:camemilla:mellilotum: fenugræcuȝ se. lini semen cauliũ folia eius se.porri:ireos radix lilii:isopus & similia.Et quandoq; fit ẽplastrum ex eis & quandoque fit emplastrum ex cepe asso & oleo camemillæ aut aneti & quãdoque fiunt linimenta

exterius cum oleo camemillino aut anetino: aut rutaceo: aut de amigdalis amaris: aut oleo de lilio aut oleo deben: aut oleo persici aut isopi cærato & similibus: & quandoque fit ex aliis unguentis & quandoq3 fiunt euaporationes ex rebus siccis sicut cum mellilo to milio & panico & similibus. Res autem quibus fiunt iniectiones per aures & sedant dolorē dētium sunt hæc succus affodili tepidus iniectus in aure3 quæ est ex parte doloris sedat dolore3 dētiū & similiter oleū de amigdalis dulcibus & ama: & oleu3 de persicis & oleum sabbucinu3: quodcunque horum coctu3 fuerit in cepe per se: aut postq̄ disrumpitur in eis aliqd castor: aut eufo. quādoq3 aliqd opii apud necessitatem: Et ex eis ē succus cucumeris asi: aut succus radicū capparis. postq̄ decoqtur cum aliquo ex oleis prædictis aut distillantur per se. succus aute3 alzahāna est mirabilis. Ioannes Serapionis. Confectio medicaminis ad dolorē dentium bona & uocatur surisicō. ℞. piperis. ʒ. x. straphisagriæ piretri. ān. ʒ. iiii. baurac armoni. ʒ. vi. tere & fac trocis. cu3 succo radicum capparis. aut aqua decoctionis eius: line unum ex eis super dentem & gingiuas. Alexāder modus decoctionis de aleis cito sedans dolorem dentinm. ℞. alei spicas. v. olibani. ʒ. i. & ℈. v. myrræ. ʒ. i. decoque cum aceti. lb. i. usque ad medietatē sēp agitādo cū spatula tedæ pinguedinis: & ex eo tepido fiat oris collutio & diu calidum teneatur in ore & fiat id pluries. Idem confectio trocis. dolore3 dētium cito sedantium quando ex uno eorum fit fricatio super gingiuas & dente3. expertum bonum. ℞. aluīs. ʒ. iiii. piperis. ʒ. iii. piretri. ʒ. iii. iusquiami. ʒ. iiii. fiat trocis. cu3 aceto & utere. Mahomec arazi. Cōfectio tyriacæ mirabilis ad dolorē dentium. ℞. piperis castor. myrræ assæ fe. partes æquales: cōfice cum melle quod sufficit. Idem cōfectō alterius medicaminis ualentis siliter & ē bonu3 & expertū. ℞. castor. assæ. fe. stor. myrræ. aristol. opii piperis. zz. iusquiami. ān. ptes æquales: confice cum melle: aut alkitrā & line super dentem dolorosum & applica super ipsum. Idem fiat formæ ex stor. & se. iusquiami ptibus æqualibus: & suffumigatio fiat ex una earum in traiectorio. Habuali. Confectio medicamīs expti ad dolores dentium difficiles & corrosiones ipsorum. ℞. castor. opii myrræ piperis: galbani. ān. confice cum rob. & fac ex eis trocis. & liniatur ex eis super dētes. Ide3 operatō decoctionis olei. conferētis ad dolorē dētiu3 pulsatiuū. Accipe pulpæ colloqn. aloes. ān. partes æquales: olei aceti. ān. partes. vi bulliant ad aceti consūptionem: & distilletur ex eo in aurem distillatione post distillationem.

DE. EXTRACTIONE. DENTIVM.

Vandoque propter ultimus nocumentum cadens inter dentes medicamenta nō conferūt: nec doloris uehemētiā diminuūt: quare ne aliis etiam dentibus nocumenta pariant: consulimus eradicationem eorum accelerare cum bono regimine prohibitio apostematis: & proprie cum præcessiōe euacuationis & proprie uitādo ne fiat extractio apud uehementiam doloris eius. ne sit causa sincopis & mortis & fiat causa exiccatiōis & cōmotionis reumatis uehementis & suspecti: aut fiat causa generationis apostematis timorosi: sed expectandū usque du₃ sedetur dolor & maturetur. deinde extrahatur cum ferro postq̄ scarificaueris a carne gingiuarum scarificatione profunda: & postq̄ extraxeris ipsū teneat in ore suo acetum infrigidatum: & proprie decoctionis gallarum aut balaustiæ: & si remaneat dolor teneat ī ore suo oleum ro. cum decoctione masticis: & silib₃ aliis. Regimen aūt extractionis dētium cu₃ medicamine: est secūdu₃ huuc modū: fiat scarificatio sicut hic ante diximus: deinde ponatur medicamē in radice dentis & hoc cum cautella: ne etiam aliis dentibus noceat. & distīguatur īter dētes & dētem cum cæra uel aliquo quod sit sicut ipsa: & obseruetur hoc usque dum dentis facilis fiat extractio & sunt ex hominibus q cauterizant dentem cum stillo fereo ignito īmisso per cānellam: usque ad dentē: & acquiritur ex hoc quod mitigatur dolor: & dēs post tempus & tempus cadit infrusta & quandoque cauterizant cū nucleo nucū accenso & quandoque cū grano olibani ignito & silibus. Filius Zachariæ arazi confectio medicaminis facile eradicās dētes ℞. piretri radicum colloquinti. & corticum eius & corticum radicū cappa. corticum radicum mori. se. almezereon: & foliorum eius huruc arsenici citri. lactis alscebram: aut frusti eius. terantur cum aceto tribus diebus contritione uehementi: deinde proiiciatur sup ea bdellii & hasce. ān. p. i. ita quod prius dissoluatur in aceto forti: & fiant ex eis trocis. liniatur ex eis in radice dentis hora post horam per aliquot dies: facit enī facilem eradicationem ipsius. Idem medicamē aliud quo impletur corrosum dētis & frangit ipsum. ℞. se. almezereon: lac halscebram. & conficiātur cu₃ alKitran & impleatur corrosum dentis. Aliud. ℞. baurac corticum mori: ān. partē. i. arsenici citri. p. ii. confice cum melle & applica super dentem in circuitu eius facit eradicationem festinam. adeps uero ranæ uiridis quæ habitat in arboribus frangit dentes si liniantur ex ea & similiter si liniātur ex lacte halscebran aut titimalli. & super lac celsi cum arsenico citrino.

DE. AGITATIONE. DENTIVM. IN. ORE. ET. COMMOTIO

NE·EORVM.

I causã habuerit corrosionē factã in radice dentium: aut in gingiuis dicemus curam eius. Si fuerit propter humiditatē lubricam effusam aut imbibitam in neruo ligante dentem: & si fuerit cum comunitate cerebri cura est tres res. Prima est ut euacuetur materia: & si oport& cum iteratõne. Secunda est ut fiat exiccatio humiditatis mollificantis colligationem dentium cum eo quod ē sicut myrra: & acetum decoctionis piretri & acetū solliticum & acetū decoctōis staphisagriæ aut ellebori aut colloquinti. & similiū faciētium humiditatem multam fluere & cōsumentium ipsam & abstergentium. Tertia est administratio medicaminū stringentium & colligentium ligamenta dentium & gingiuas & abstergentium humiditates. sicut proprie commasticatio masticis: & colluctio ex decotione ipsius cum ro. & balausti is & similibus. Et quandoque accidit commotio dentium propter percussionem super eos. & curantur cum constringentibus stipticis ex his quæ diximus & dicēus. Sabor confectio medicaminis cōfirmantis & confortantis dentes & constringentis gīgiuā laxā: Accipe stipitum capillo. uene. adustorum. ʒ. iiii. aluminis iameni ro. piretri spicæ. ãn. ʒ. ii. nucum cupressi adustarū. ʒ. ii. & . s. cornu ceruini adusti: cētaureæ ãn. ʒ. vii. carmezit. ʒ. iii. ciperi. ʒ. ii. salisgemmæ assi. ʒ. ii. fiat ex eis puluis & ponatur in radice dentium expertum bonū. Ioannes Serapiōis cōfectio medicaminis constringentis dentes: & remouentis putrefactionem gingiuæ. ℞. alluminis balaustiæ ro. cipi sumac spicæ salisgemmæ cornu creui adusti carmezit. ãn. partes æquales: masticis. p. ii. pulueriza & utere. Alexander decoctio ualens similiter. ℞: gallarum. p. ii. myrræ. p. i. corticis granatorum. ireos. ãn. p. s. decoque cuʒ aceto & colluatur ex eo os & fricetur gingiua uarisogii. Filius Zachariæ medicamen constrīgens gingiuas & dentes cōmotos ℞. gallarū balaustiæ ro. ciperi suac ãn. aluminis. ptes. s. liniatur super radicem dentis & gingiuam & applicetur: Idem aliud. ℞. carmezit ro. spodii opii ballaustiæ aluminis ãn. fac sicut primuʒ. Ideʒ casuʒ motoꝝ dentiū prohibet: suc alumen balaustiæ gallæ Kabait. hēfistidos terratur & fiat ex eis dentifriciuʒ. Ideʒ aliud mirobal. citri. embli. aluminis ãn. fac pulueren & utere cuʒ aceto Hamec medicamen conferens cōmotioni dentiū & corrosioni gingiuarū. ℞. gallaruʒ capuloruʒ glādiuʒ aluminis iameni corticis granatorum ãn. tere. & applica ex eo in radice dentium & in gīgiuis intus & extra: fac mane & sero. expertuʒ bonuʒ. Idem aliud accipe gallarum & aceti fortiss. ãn. fac bullire ad aceti consūptioneʒ & exicca totū acetū in ipsis. deīde

fac eas siccare in umbra. deinde tere sicut alcohol. & frica gīgiuas & radices dentium: & sūt qui miscent cum eis aluminis & myrræ ān. p. 5. Idem medicamen conferēs cōmotioni dentium. ℞. gallarum corticum granatorū corticū glādium ān. tere & utere in radice dētium. Aliud conferens cōmotiōi & dolori dentium: & cōfirmat eos & confortat gingiuas. ℞. piperis al. ro. balaustiæ capulorum glādiū ān. confice cum alKitran & utere: & cum fortis sit dolor & est foramen in dente: pone ex hoc medicamine: & confestī confert: & si sūt ibi uermes occidit eos & expellit: expertum est. Habuali medicamē conferens cōmotioni dentium & corrosioni gīgiuarum. Accipe colcotar alumis. ān. aggrega cū alKitran conterendo donec redeat in substantiam mellis: & line ex eo super dentes & teneat os apertum donec cūrat humorositas plurīa: deinde ablue cum aceto decoctōnis aluminis fructus tamarisci gallarum ro. siccarum. pulparum glādiū: boli. ar. ossium mirobala citri. assiorum sumac corticū granato℞. ān. p. æquales: terantur & liniātur super dentes.

DE. CORROSIONE: ET. PERFORATIONE. DENTIVM.

Vra ē tres res. Pria. ē euacuatio hūiditatū putridarū: cū eis quæ scis. Secūda resolutio earum ex ipsis dētibus cū eo quod est sicut acetum decoctionis nigellæ: aut nigella trita cū eo quod est sicut alKitran: & linita super dentem: aut collutio facta cum aceto decoctionis capparis. ān. zz. & similium. Tertia est prohibitō corrosionis cū eo quod est sicut gallia & ciperus quando impletur ex eis dēs corrosus aut linitur ex eis & gallia quidem sola est prohibitio putrefactionis. Et ex eis ē mastix & ciperus & collutio oris cum aceto ē sublimis: cāphora uero est ad hoc medicamē ultimū & iusquiāus cum castoreo. Et sup immissis inest operatio mirabilis quando fit suffumigatio per traiectorium super corrosum dentis. Et ex cōpositis ē trociscus stellæ cum galbano si positum sit sup corrosum dentis. Et ex eis est medicamē. Alexā. ℞. opii myrræ: stor. ān. ʒ. ii. piperis al. croci: galbani. ān. ʒ. i. confice conterendo cum rob. & mitte ex eo in perforatum dētis: & ānecte super ipsum.

DE. CONGELATIONE. DENTIVM.

Onfert enim mastix & portulaca: & se. eius: & fricatio dentiū cum nucleis nucis: & amigdalis & auellanis. Et stringere dentibus panē calidum & caseum assum & uitellum oui calidū & fricare super dentes squillam aut sal aut cordumēi aut bacchas lauri & assā foetidam & similia.

CVRA. VERMIS.

Ccidit eos semē iusquiami al. & se porri: & se. cepe & proprie

factis ex eo formis cum alKitran similibus auellanis. & facta suffumigatione ex una de eis per traiectorium. Et quãdoque fiunt huius formæ cuȝ adipe renum capræ & se. iusquiami. & porri & ceparũ & quãdoque fiunt collutiones cũ aceto decoctionis eorum: & deinde succedit suffumigatio.

DE. CORRVPTIONE. COLORIS. EORVM.

Onferũt medicinæ abstersiuæ & mundificatiuæ: in quibus ẽ uirtus radendi & abscĩdendi eruginem post fricationem: sicut proprie spuma maris: & sal. & salgẽ: & alchali & mesaginem & similia. Verũtamen oport& ut abstineat a melle & a pinguibus & a sacietate nauseatiã & a sõno super repletionem: & sine dubio usus mellis alterat colores dentium: & alioruȝ dulciũ: & aliorum pĩguiuȝ: & nocẽt etiã pulmenta ex frumẽto cocto & fũgi: & sisamus & similia. Ex rebus autem maxĩe dentes corrũpẽtibus: & colores eorum alterãtibȝ est uomitus: post fiat collutio cũ aqua ro. & aceto. Gabriel. dentifricium abstergens & mundificans dentes. ex pipere al. fiant trocis. cũ uino al. antiquo & melle & siccetur in furno debilis caliditatis. deinde. Accipe ex eis. ℨ. v. saligẽ. ℨ. i. & s. spumæ maris. ℨ. i. & s. carmezit. ℨ. ii. & s. ligni aloes. ℨ. i. fiat ex eis dẽtifricium. est enĩ bonum & expertum. Idem aliud ualẽs similiter. Accipe sal massæ & fac trocis. cuȝ melle & inuolue foliis fici aut in carta & combure in latere calido & accipe ex eis. ℨ. ii. carmezit: p. i. utere bonum est. Inain. dentifriciũ bonum mundificans dentes. Accipe trituræ uasorũ de seni. salisgẽmæ adusti. cipi. al. assi. ãñ. ℨ. ii. spũæ maris carbonum radicũ cãnæ. ãñ. ℨ. i. fiat dentifricium cum eis. Idẽ aliud. salis adusti. ℨ. iii. cipi. assi. ℨ. ii. cornu cerui adusti. ℨ. iiii. folii. p. i. & s. spicæ florum squinanti. ro. ãñ. ℨ. i. fiat dentifricium cum eis. Hali dentifricium ualens sicut & aliud: ℞. massacumiæ & trituræ uasorũ de seni. ordei adusti salis adusti nasturtii assi aristol. ro. assæ foetidæ ãñ. pulueriza & utere. Filius Zachariæ. dentifricium mundificans & abscindens eruginem. ℞. salisgẽ. se. iusquiami fracturæ uasorum uiridium spumæ maris cali. ãñ: terantur & fiat dentifricium cũ eis & uit& satietatem nauseatiuã. Filius Zezar dentifricium mundificans: albificans: abstergens: & cõfortans eos. Accipe ordei combusti caput oculorum uitis combustorum schea salisgẽ. spumæ maris ãñ. ℥. i. cubebæ adhib. ãñ. ℨ. v. aluminis iameni assi gar. ãñ. ℨ. ii. sumac. ℨ. iiii: tere & utere una uice post aliã. Isaac heben amaran. dentifricium albificans dentes & confortans. accipe sulfuris boni combusti spumæ maris. ãñ. ℨ: v. salisgemmæ: tere & utere bonum est:

DE. GENERATIONE. DENTIVM.

Vando q; tardatur eorũ egressio & tamen signa ortus dentium multiplicãtur & accidit ex hoc ut langueant pueri tempore extenso a multiplicatione accdiẽtiu; ipsorum quæ multiplicantur a plantatione dentium ipsorum: & tunc succurendum est admĩstrãdo quæ ortum ipsorum citũ & facilem faciant. Et ex rebus hoc facientibus sunt fricationes gingiuarum ut sæpe ac sæpe strĩgant os super carne pingui. cabesa: & super carnes & pedes arietum & super bucellaria ossium hædorũ & agnorum ut stupefiat sensus eorum & subtilietur caro: & confert etiã fricare gingiuas digito & ut strĩgãt super ipsum: & proprie unctu; cu; adipe gallinæ aut anatis aut ãseris & mordere super carnes eoru; pĩgues & sæpe fricare cum adipibus earum & melle: aut cũ pineis enucleatis & melle pauco: aut sine melle & cu; amigdalis mistis cum modico hueg: & cerebrum leporis est in hoc mirabile & proprie fricatũ diu super gingiuas. Conferũt etiam embrocatiões super caput collum & mandibulas ex aqua decoctionis maluarũ melliloti camemillæ aneti & similium facta ĩfusione super ea cum lana isopi. deĩde liniantur cum butiro uaccino & medulla cruris eius. aut cum medicamine bono & experto. & ẽ isopi cæratum. G. quod scripsius in ãtidotario. Aliud mirabile. ℞. cæræ citrinæ: ℥. i. olei camemillæ. ℥. iiii. isopi humidæ. ℥. iii. adipis gallinæ & anatis medullæ cruris uaccæ. ãñ. aur. iiii. cum aũt dẽtes apparere incoeperint utere embrocatione superius dicta præcedente tãmen omnia hæc regĩe temperato.

DE. APOSTEMATIBVS. GINGIVARVM

Ictum est de eis in capitulo de dolore dentium & tu requiras ibi aut in alio loco.

DE. VVLNERIBVS. GINGIVARVM. ET. VLCERIBVS. ET. CORROSIONIBVS.

X eis sũt quædam saniosa in quibus non est multa profundatio: & ex eis sunt uulnera putrida multæ putrefactiõis corrosiua & cancrosa. Et prima quidem curantur duplici genere curationis Et primum quidem est mundificatio cum eo quod est sicut uinu; proprie & acetum decoctionis foliorum salicis & ro. & oliuarum siluestrium: & lentium & sumac & corticum radicis granati siluestris & aristol. ro. & carmezit & similiũ: & diamoron quidem est mundificatiuum bonum & maxime cum croco. Et si uideris in eo abundare sanguinẽ post flebothomiam cephalicæ fiat scalpellatio gĩgiuarum cum extractione multi sanguinis. deinde abluantur cum eis quæ diximus. Secundum uero perficitur cum medicĩs strĩgentibus gĩgiuas & consolidantibns uulnera: quæ sunt sicut proprie alumen cõfricatũ super gĩgiuas & collutõ

facta ex aceto decoctionis eius quonia; sunt propria:& sicut car mezit:& balaustiæ & ro.& cortex granatorum & alumen coquantur cum aceto & colluantur ex eis gĩgiuæ.deĩde liniatur super gĩgiuas quod est sicut ro. & capuli glandium & cortice thuris ciperi farina herbi sanguis dra:aut fiat ex eis puluis subtilis & utere.& nos diximus plura ex eis in capitulo de commotiõe dẽtiũ.Secunda uero sunt secũdu; unũ duoꝝ modoru;.alia enim sunt fistularia:alia cãcrosa & herpetica & in his intẽtõ curatiua alia est uniuersalis alia pticularis:& primam qdem perficitur cum euacuatione quæ fit per flebothomiã:& solutione; uentris sicut necessitas expetit. Secunda uero perficitur in triplici genere curationis.Et primum quidem est mundificatio & abstersio uirus & putredĩs necnon partiũ corruptarum in ipsis.&quidem si sit ulcus fistulare & sit in carnibus gingiuarum tãtu; oport& ut uideatur corrosum quantum penetrat uacuum eius.deinde immittatur medicamen acutum sicut proprie cacalõ usque ad fundum eius consumens carnes filtrosas & putridas. post hoc utendum mũdificatiuo multæ abstersionis:sicut est acetũ squilliticum:& silia:usq; dum caro appareat pura & si conuenerit medicamen acutum infundatur ĩ fistulam oleum de oliuis cum modico trocis.alcacalõ ĩiectõe post iniectionem usq; ad consũptionẽ impuri.Et nos quidem diximus trocis. alcacalõ in capitulo de polipo narium:& quandoque ex trocis. prædictis facimus tentas & ponimus eas usq; ad profũdũ fistulæ usque dum cõsumatur caro putrida ipsius.Verum si per medicinas acutas dolor superfluit & cõbustio.teneat in ore oleum ro.pse aut conquassatum cum albumine oui aut cu; lacte donec doloris remissio fiat & similiter puncturæ. Si autem fistula usque ad radices dentiu; penetrauerit.ita quod ad radices dentium processerit.curetur similiter cum medicamine acuto & aliis abstergentibus sicut diximus.Si autem non cõtulerit cauterizamus usque ad radicem dentium cum sale facto ex cupro utendo prius illis mundificatiuis & abstersiuis:sicut diximus.Quod si nec malitia tollitur dens abiiciatur:& si aliqd corruptionis remanẽ& leui medicamine tollatur.At uero si corruptio cadat in os mãdibulare aut maxillare oport&elargare uulnus usq; ad os corruptũ. deinde cum ĩstrumẽtis radẽdi totum id quod ex osse corruptum est abiiciatur usque du; appareat purum.uulnera aute; cancrosa hærpetica curari oport& appositione medicamĩs acuti uice.i.post aliã usque ad corruptionem carnis cãcrosæ cessatiõe curruptionis cum successiõe medicaminis eius quod est sicut acetum squilliticũ &silia.

uice una: & cum successione olei ro. & similium. si dolor extiterit cum punctura propter medicamē acutum uice alia: unde si caro cā- crosa multa & dura fuerit & diffi cilis consūptionis ex medicamine acuto: tūc cauterizetur super ipso cauterio ex auro cauterizatione post cauterizationem usq; dum p ueniat ad uiuuz. deīde tenēdū buti rum in ore cum oleo ro. aut oleū ro. solum. & si post aliqd ex cācro so remāserit curetur alcacalon. Se cundum genus curationis perfici tur medicamine incarnatiuo sicut. proprie corticibus thuris coctis cum uino. aut aceto aut oximelle squillitico & facta collutione cū eis. deīde aliud medicamen ex cor ticibus nucum: aut cum diamorō deīde aliud cū unguento ægyptia co uel aceto squillitico liniatur super gīgiuas quod est sicut cor tex thuris sanguis dra. sarcocolla myrra aloe & similia. attribuēdo eis uicissitudinem. Tertiuz genus curationis est consolidatō & per foratio cum medicinis īduratiuis & consolidatiuis carnium gingiua rum. & nos plura ex his pauloāte scripsimus in capitulo de cōmo- tione dentium similiter: & scribe mus adhuc si deus uoluerit. Dia- scorides acetū decoctōis collogn. aut frustum titimalli. & proprie collutio facta ex eo confert putre factioni & ulceribus gingiuarum & similiter acetum decoctionis sa tureg & oliuarum siluestrium & si militer acetum decoctionis pi- scium salitorum ossa autem pi- scium salitorum & proprie catha ta adurantur & cum duplo cineris eorū ex ro. siccis aut capitibus su is liniātur puluerizentur super gī giuas prius tamen lotas & fric- catas cum aceto squillitico. consu munt enim putredines gingiuarū. Israelita. Confectio medicaminis efficacis ad corrosiones & putre- faciones gingiuarū mundat enim eas & abstergit & consolidat. ℞. aluminis iameni assi & extincti ina ceto & auripigmēti & tarthari liga torum in panno lineo & infusoruz in aceto die ac nocte. deinde usto rum ut fiant sicut carbo & exstin ctorum in aceto. āñ. p. ii. & . ʒ. ossiuz cancrorum assorum: ro. siccarum cum pedibus suis piperis. ni. assi āñ. ʒ. p. ii. fiat eoruz puluis subtilis & utere post ablutionem cum ali quo ex liquoribus quos dixīus. Ioannitius medicamen incarnans gingiuas & consolidans & confir mans dentes & faciens oris odo rem bonum. ℞. spodii. al. ro. Keisi āñ. ʒ. i. & . ʒ. margaritarum non per foratarum sāguinis draconis boli. ar. āñ. ʒ. i. cornu cerui adusti sādal. ru. granorum bathel memithæ. āñ. ʒ. ʒ. camphoræ. ʒ. unius tertiam. & fac puluerem & applica super gin giuas & radicem dentium. Maho- mec arazi medicamen cōferens tu mori gingiuarum & putrefactiōi sanguineæ & flegmaticæ bonum. ℞. ro. granorum myrthi assorū & ex

tinctorum in aceto:& iterum tostorum gallarum infusarũ in aceto. deinde tostarum. añ. p. i. granorum alcohol & colcothar aluminis adusti ossium mirobalanorum combustorum citri KaKure masticis. añ. p. 5. tere & utere. Isaac hebẽ amaran. medicamen conferens gingiuæ sanguineæ & mollificatæ & confortat carnem earum. ℞. balaustiæ ro. cum pedibus suis spodii. añ. ʒ. v. ẽbli. ʒ. v. &. 5. alcannæ. ʒ. ii. sandra. ʒ. iii. tere & utere. Medicamen ex inuentione nostra cõferens mollificationi gingiuiæ & putrefactioni & corrosioni carnis earum & alcola:& commotioni dentium & calefactioni oris & est medicina propria si deus uoluerit. ℞. origani fructus elebuc. balaustiæ sumac duplicis aluminis corticum granatorum gallarum lufur miro. citri. cineris: uitis: spumæ maris sãdalo. indo. piperis lõ. bonic costi. memit hæ: liquir. gummi arab. dragagãti: spodii. añ. aur. i. tere & confice cum melle:& unge gingiuas:& dentes & fiat gargarismus ex eo cum sirupo acetoso. bonum est & expertum. Medicamen aliud ex ĩuentione nostra consolidans gingiuas & excrescere faciens carnes earum. ℞. corticis thuris sañ. dra. añ: ʒ. ii. aristol. ro. assæ ireos alumĩs assi ro. cum pedibus suis balaustiarum capulorum glandium: añ. ʒ. i. trocis. herbi. ʒ. vi. fiat puluis:& ex medietate eius fiat sicut linimẽtũ cum oximelle squillitico & liniatur super gingiuas. cõfricando & ex alia parte ãnectantur super eas deinde lauetur cum aceto decoctionis satur. & foliorum oliuarũ siluestrium. Confectio trocis. herbi. ℞. farinæ herbi quãtum uolueris & misce cum ea tantum mellis ut cõfici possit ex eis sicut pasta dura & fac trocis. & pone super latere; & mitte in furnum usque dũ semiaduratur & bonam faciũt nasci carnem. Democritus alumen fricatu; super gingiuas curat putrefactiones earum & similiter colluctio facta ex aceto decoctionis eius. Alexander linimentum ad cancrum gingiuarum & cõsumẽs putrefactionem earum. ℞. colcotar adusti: aceti. squillitici. p. conuenientes tere ea fortiter & line ex eis gingiuas. Idem facit unguentũ ægyptiacum factũ cum aceto sqllitico.

DE. APOSTEMATIBVS. LINGVAE

Postemata linguæ curantur in principio quidem anteq̃ confirmentur ex regimine corporis comuni & flebothomia:& solutione uentris si expetit & in apostemate quidem calido fac flebothomiam ex cephalica. deinde ex eis quæ sunt sub lingua & si oportet fiat post illud uentosatio sub mento cum scarificatiõe. Existimauit Ruffus quod scalpellatõ facta in spatio quod est inter frontem saliuæ & dentes confortat:& asserunt hoc idem plures post eũ uen

ter aūt ſoluatur cū aqua fructuū: adminiſtrentur. deīde gargariſma ta & collutiones oris cum aqua ro. & aceto aut cum ſucco ſolatri & aceto & ſucco coriādri humi- di aut cum aceto decoctionis co riandri & ſumac & lentium cum modico camphoræ cum aceto de coctionis ro. ſiccarum & ſimiliuꝫ. quæ in alcola ſcribēus. Poſtq̄ aūt trāſit tēpus prīcipii adminiſtrādū tunc diamoron cum aceto deco- ctionis foliorum oliuarum: aut al cannæ & in rob myrthi eſt īpreſſio bona & proprie cum ſirupo ro. puro: & ſi res ulterius proceſſit ad miniſtrandum cum rob mororum in prīcipio & rob & in melle ro. & ſiru. acōſo mellino. deinde re procedēte cum ſecaniabin & mel le ro. & aliquantulo almuri aut ſi napis. In fine uero cum decoctio ne ficorum & ſale ar. aut baurac. Si uero apoſtama ſubpuratione̅ fecerit: aperiantur apoſtemata & curentur cura uulnerum ſicut in primo loco dicemus.

DE VVLNERIBVS. ET. VLCE RIBVS. LINGVAE.

Onferunt medicamina quæ dicemus in capitulo de al cola ſi deus uoluerit. Ad ſciſſuras autem quæ fiunt in lingua & in- flationes confert retentio in ore muciilla. pſilii. cū zucaro & cōma ſticatō portul. cū aceto & retentō ī ore albu. oui cōquaſſati recentis cum oleo. ro. uice una & alia & ta marindorum cū aqua ro. infuſoruꝫ & confert retentio maran medica- minis cuius hæc eſt permiſtio. ℞ mucilla. pſilii mucilla. dragg. & gummi ar. an̄. p. æquales: ſirupi uio la. p. ii. tamar. p. ii. ſe. portulaca. aſ ſi. p. i: ſpodii. p. unius. iii. terantur contritione ultima uſque dum fi at marā: & liniatur ex eo ſuper ſciſ ſuras omni hora præcedēte colu ctione facta ex aqua ro. & aceto uel ex acōſitate citri. & aqua ro. Hamec medicamen conferens ul ceribus linguæ & puſtulis & ſi militer oris & palati. ℞. ſe. portula cæ ſe. ro. amili zucari tabarz. & : ſpo dii: croci balauſtiæ ro. dragg: tere & confice cum ſirupo ro. aut uio la. & unge ex eo. confert enī cor- poribus tenuibus & teneris.

DE. MOLLIFICATIONE. LIN- GVAE. ET. GRAVEDINE. EIVS.

Vando natiua eſt nō curatur & fortaſſis in pluribus recti ficatur in proceſſu dierum. Et quā doque accidit poſt litargiam & cronicatur poſt illud: & fortaſſis non recipit curam. Et ſi non eſt cronica curatur quēadmodum di cemus poſt. Verum quandoque accidit illud ab humiditate ſāgui nea aut aquoſa ſepultis aut imbi bitis in lacertis & muſculis līguæ cum comunitate cerebri aut ſine comunitate eius. Et cura ipſius ē quattuor res. Et quidem prima ē euacuatio materiæ. Secunda eſt diuerſio eius. Tertia eſt reſolutio & exiccatio reſidui eius. ex. parte

opposita. Quarta est exiccatio resi dui ipsius per eandem partem. Et prima quidem perficitur cum flebothomia si materia est sanguinea: & proprie ex cephalica. deinde uenarum quæ sunt sub lingua & si adhuc necessitas expetit uentosetur sub mento proprie quando multa fuerit materia. Si autem multa non fuerit sufficit flebothomia uenarum quæ sunt sub lingua & uentosatio sub mento. Si autē materia flegmatica aquosa fuerit euacuetur euacuatione post euaeuationem cum ieris minoribus in principio. deinde cum maioribus & hoc cum iteratione & non multiplicatione ut perueniat gradatī ad illud quod est sufficiens. Secūdam rem complēt fricationes in extremitatibus: & uentosationes in spatulis. & administratio clisteriorum acutorum una uice post aliam. Primo leuiū non multū eleuatorum in gradu acuitatis. deīde fortium. Tertiam rem complent administrationes medicaminum propriorum puppi cerebri & nuchæ resoluentium. ab eis superfluitates humiditatum agregatarum in ipsis & neruis: & lacertis seruientibus linguæ: sicut proprie euaporatoria. & inunctiones & embrocatiōes factæ ex rebus quarū narrationem peregīus in capitulis de ægritudinibus neruorum. quare oport& ut pars illa afferatur ad hunc locum: administrādo ex euaporatoriis prius. deinde ex embrocis: deinde conuenienter ex linimentis & emplastrationibus quæ utiliora cognoueris si deus uoluerit. Et interdum administramus rubificantia: & interdum cauteria & proprie quando iam alia contulerint. Forma autem cauterizationis est secūdum hūc modum: fiant tria cauteria secundū lōgum in fontanella puppis capitis quæ dicitur lemalif: & duo fiant ex trāsuerso in radice cranei distātiam ad mensuram pollicis: & tria hinc & tria īde linealiter disticta sepātia colli spondilia. Quartam rem complēt gargaris. & colutōes oris & administratiōes fricatōnum factarum ex rebus quæ materiæ residuū exiccāt ex eis quæ dicemus. Et oport& ut perueīatur gradatin ad administrationes eorum incipiendo a debilioribus paulatim procedendo ad fortiora. hoc est enim quod ē secūdum sapientiam: per interualla uero dando tyriacam mitridatū & similia & hoc ē secūdum curæ totam latitudinem. Filius serapionis gargarismata conferens iuuamētū magnum. ℞. ieræpigræ sinapis stafisagriæ. z z. origani piretri corticū radicum capparis myrræ. ān. fiat gargarismus cum eis & oximelle. Gargarismus ex inuentione nostra experti iuuamenti ad dissoluendū flegma quod est aggregatum in capite neruis & lingua & cōfert paralysi. ℞. origani piretri piperis ni. & al. & longi. zz. salis. ar. sinapis cynamomi isopi nigellæ & sā

suci costi:cõfice cuꝫ oximelle sqlitico &rob.&gargarizētur cuꝫ eo diebus continuis. Gargarismus factus cum oximelle squillitico est ad illud iuuamenti sublimis:& similiter muri & acetum squilliticū & quandoque confortatur cū eis quæ sunt sicut halasce.& origanū & staphisagria & sinapis & cōdisi & cortices radicum cappar.& piretrū &.zz.& tria pipera sigulariter.aut coniunctim. Et quandoque facimus præcedere fricatiões linguæ cum eo quod est sicut sal ar.zz.cum cepe usque dum durat flegma plurimuꝫ:& facimus deīde sequi gargarizationeꝫ & collutionem ex oximelle squillitico & est operatio digna. Filius Zachariæ medicamē expertuꝫ ad grauedinē & mollificatiõem eius. Accipe.sal ar.piretrum & staphisagriaꝫ piper & sinapis hueg ãn. fricetur cum eis lingua secūdū oēꝫ partem ipsius pluries in die. Diascorides hueg secūdum omneꝫ modum admīstrationis eius est medicina propria mollificatiõi linguæ &paralysi eius & similiter castor. & proprie retētio eius sub lingua & cōfricatio in ea &quandoque ex ea & gūmi albotī.fiunt pillulæ & tenentur sub lingua & quãdoqꝫ ex glutino albotin:&cassa fe.& sūt efficaces. Confectio anacardina maior quā scripsit filius Zachariæ:&scripta est in capitulis ægritudinum neruoꝶ.& est medicina ultīa paralysi līguæ & proprie linita ex ea lingua:& facto emplastro ex ea in parte capitis posteriori in origine neruorum est medicina sublimis. Sal solutiuus scriptus in capitulis linitus super linguam cōfert mollificationi eius. Plura scripta sunt in capitulis prædictis: quæ afferuntur ad locum hunc. sicut diamyrthus proprie & cōfectio hueg.&cõfectio de piretro & alia quæ reqrūtur ibi:quibus utēdum inter purgationem & purgationem. Ioannitius quando contingit paralysis accidere propter læsionem accidētem in neruos posteriores:caputpurgia conferunt propterea quod ad diuersuꝫ trahūt:quare eligantur ad hæc utilia in capitulis prædictis.

DE.SPASMO.LINGVAE.

Vandoque accidit causa febrium adurentium. Et causa eius est retentio oleorum refrigeratoruꝫ in ore & rerū plurīæ humectationis & refrigeratiõis:sicut olei uiola. & nenufari.& olei de cucurbita & de salice:& olei ro. singulariter aut coniunctim conquassatorū cum mucilla.psilii aut cum succo portulacæ:aut cū aqua infusionis se.portulacæ prius cōtritorum:aut cum mucillagine maluæ aut cum lacte dulci &siliū &conferūt ēbrocationes &lauacra in collo.& nucha cum aqua dulci calida.& unctiones ex prædictis oleis super posterius capitis & super prædicta loca & ex cærato.G. conquassato cum lacte dulci aut

230b

sine eo & conferunt etiam caput purgia cum eis & omne regimen tale. Et quãdoque accidit ex humiditate crossa uiscosa replente lacertos eius & extendente secundũ latitudinem: & abreuiationẽ a longitudine sua naturali sicut accidit formulis factis ex corio cũ replentur. Et cura eius est hæc eadem quã diximus ĩ capitulo de spasmo & ĩ capitulo de mollificatõe linguæ: præterq̃ oport& ut medicĩas ĩcisiuas præcedãt medicĩe digestiuæ maturatiuæ: sicut proprie uaporetur ĩpris radix colli & collum ipsũ cum eo quod est sicut camemilla. mellilotũ: anetum sansucus squilla & similia: & gargarismata fiant cum aquis & oleis eorũ. deinde paulatim deueniatur ad fortiora sicut scis. alchola & ulcera praua.

DE. ALCHOLA. ET. PRAVIS. PVSTVLIS. IN. ORE.

Vra ẽ quattuor res. Pria ẽ adæq̃tio materiæ faciẽtis & prohibentis aduentum eius. Secunda est euacuatio materiæ. Tertia est diuersio ipsius. Quarta est intentio particularis. Et primã quidẽ rẽ cõplẽt si accidat uel timeatur ut accidat pueris ut rectificetur lac lactantis eos cibãdo eam secũdum quod distinguemus iam ut prohibeatur casus corruptionis eius ĩ lacte immo alteretur in cõtrarium eius quod timetur ex illo Et si accidat aut tĩetur aduentus eius propter discrasiã pestilẽtialẽ aut propter dominium corruptæ & uaporosæ materiæ aut acutæ aut ulceratiuæ necesse est ut alteretur secũdum exigentiam ipsius Et calida quidem cum eo quod est sicut sirupus acõsus: & sirupus de granatis acõsis: & rob eorum & sirupus acetositatis citri. & rob eorũ & similia. Frigida uero cũ eo quod ẽ sicut sirupus acetosus & mellinus & iuiubinus & oximel sqilliticum & similia: & sint cibi earum & proprie in calida conditi cum rebus acõsis & stipticis sicut proprie assecumiæ & seglẽ. & iera fluere & sumac: & quæ cõdiuntur cum granatis acetosis & lentes cum aceto & cucurbita cum granatis & quæ hoc cursu procedunt. In frigida uero comedant quæ sũt sicut cappar. cum aceto conditi & oliuæ conditæ cum origano & similibus. Secũdam uero rem complent in frigida quidem & calida euacuationes per flebothomiam: & uentris solutionem secũdũ formam assignatam in capitulo de apostematibus linguæ. Tertiam rẽ complent uentosationes sub mento cum scarificatione & administratione clisteriorum: & ĩ calida quidẽ leuium si non sũt maligna corrosiua. Et si sunt maligna cum eis quæ educunt materiam acutã uehementius. duꝫ modo nõ trãscendant gradum lenitatis. In frigida uero cum rob acutis non multæ acuitatis tamen cum processu gradatiõis usq; ad id quod

est sufficiēs. Quartam rem complent administrationes pticulariū medicinarū curātiū alchola:& calidum quidē cum administratiōe rerum acōsitatē habentium & stipticitate; sicut proprie rob deribes.i.flos salicis torrentis:& rob acōse.& rob.demoris siluestribus & aqua decoctionis sumac & myrthi & lentium ex corticatarum cū aceto:& extremitates uitis & extrēitates rubi.& zanir:& aqua granatorum acetosorum & spodii.& gallarum & ro.& acatia & coriandru; humidu; & similia & memithæ & chelidonia quidē & alcāna coēs sunt in utraque materia & similiter galla. Alchola quidem calidū spetiem hab& q̄dam herpeticā malignam:cuius curatio est difficilis & oport& ut succurratur ei p tria genera curationis. Et primum genus curationis est mundificatio & abstersio uirulenti:& corrosiui & hoc quidem perficitur cu; administratione medicaminis acuti & proprie alcacalon dicti in capitulo de polipo una uice post aliā usque dum appareat totum herpeticum consūptum esse uel quasi.deinde succedat ei administratō medicaminis refrigeratiui sicut olei ro.proprie cōquassati cū albu. uice una post alia::usque dum ardor & cōbustio tollatur:& si hæc non conferāt administretur cauterium sicut in capitulo de ulceribus gingiuarum dictū est. Secū dum est perficere cum medicamine partī incarnatiuo ex his quæ diximus iam ibi & partī mūdificatiuo. Tertium genus curationis perficitur cum medicamine consolidatiuo:& nos scribemus multa huius generis si deus uo. Alchola quidem frgidum aliud albu; flegmaticū.aliud nigrum malignū. Et flegmaticu; quidem īdig& dupli ci genere curationis & quidē primum perficitur cum medicinis abstersiuis & exiccatiuis:sicut secaniabī proprie cum modico aluminis aut colcotar aut almuri cu; aceto squillitico aut aqua oliuarū & almuri aut uinum & mel. Secū dum uero perficitur cum medicinis exiccatiuis & cōsolidatiuis ex his quæ dicemus. Nigrum aute; malignum est deterius omnibus & indig& triplici genere curationis. Et priu; qdē perficitur sicut in alchola herpetica dictū ē. Secū dū gēus pficitur cū medicīs abstersiuis multæ abstersiōis cū continuitate multi tēporis ī illo sicut proprie unguento ægiptiaco & aceto sqllitico aut cū aceto & colcotar.& galla aut cū aceto decoctionis gallarum:& memithæ.i. chelidoniæ aut cum aceto decoctionis almezereon & similiu;. Tertium est consolidatio ex his quæ dicemus. Sabor rex medorum. Medicamen conferēs alchola calido ī ore & in lingua & dolori gullæ ex caliditate. ℞.lentiu; ex corticatarum.ʒ.v.ro.coriandri sicci.alcānæ demecha bol.ar.adhib.ān.ʒ.ii.&.ʒ.

se. portulacæ.ʒ.iii.&.ʒ.camphoræ.ʒ unius partes.ii.teneat ex eo in ore & suffla ĩ guttur quãdo oport& uel fiat ex eis sicut marã cũ rob myrthi aut cydõiorum. Idem aliud cõferẽs alcholæ calido &corrosio ni gingiuarum &putrefactioni sã guineæ & colericæ.℞.sumac mun di.ro.ãñ.aur.i.spodii al. balaust æ ãñ.aur.ʒ.ramic.ʒ.ʒ.tere & accipe ex eo parum & frica super locuȝ:uel accipe ex eo & misce cum rob. cydoniorum:& fiat ex eo oris co lutio & fiat hoc sæpius:sanat eniȝ si deus uoluerit.Isaac heben ama ran.Medicamen conferens alcholæ calido. ℞.se.ptulacæ.ʒ.x.alcannæ & elubul.sumac mundi.ãñ.ʒ.iii car damõi habec.croci.ãñ.ʒ.i.tere &mi sce cum eis succũ coriandri humi di uel aquã ro.&colluat ex eo os. bonum si deus uoluerit. Hamec. medicamen alchola & omnibus ĩ flatiõibus oris & partium eius & gullæ in corporibus teneris &infã tibus:& est expertum.℞. amili.ʒ. vi.spodii memithæ.ãñ.ʒ.ii.se.ro.ʒ. iii.croci.ʒ.i.zucari tabarzet.ʒ.iiii. cardamomi.ʒ.i.camphoræ Kitat.i &.ʒ.tere quodlib& per se & cerne per pannum de sirico & utere si cut diximus. Filius Serapionis. Medicamen conferens alcolæ cali do.℞.se.ro. sumac: amili:sanguis draconis se ptulacæ lentium ex corticatarum:spodii sandalo.al.al cannæ balaustiæ.ãñ.partes æqua les.camphoræ partis uniusquartã. administretur post collutiõem fa

ctam cum eis quæ diximus in ca nonæ & cum successione colutio nis unius.Mahomec arazi.Medica men conferens alcholæ.℞.spodii ro.& se.earum coriandri sicci su mac mundi lẽtium excorticataruȝ se.portulacæ:alcannæ amili buruc camphoræ.p.ʒ.zucari quantum ẽ medietas omĩum & quãdoque fit sine zucaro terantur &teneãtur ĩ ore & fiat collutio post illud cũ aceto &aqua ro.Habuali.Cõfectõ medicaminis alcholæ flegmatico: trocis.herbi gallarum rasuræ per gameni.ãñ.p.ʒ.memithæ corticis radicuȝ cappar.colcotar.ãñ.partẽ ʒ.aluminis balaustiæ partis unius tertias.ii.alcannæ.p.ʒ.confice cum aceto.& melle & utere:aut applica super morbo ex puluere eorum. deinde collue cum aceto &melle. bonuȝ si deus uoluerit.trocis.her bi scripti sũt in capitulo de ulce ribus gingiuarum.Idem medica men conferens alcholæ permistio nis coleræ & flegmatis.℞.memi thæ sief memithæ spodii se. plan taginis capitum ro.& se. earum balaustiarum miroba. citri.aliscir foliorum oliuarum siluestriuȝ sic corum carmezit alumĩs iameni ãñ. terantur & administrentur si cut dixĩus. Idem medicamen si cut aliud.℞.memithæ.miroba.ci tri:spodii:balaustiæ cardamõi.ãñ. utere sicut aliud. Filius Serapio nis medicamen cõferẽs alcolæ ni gro:&herpetico.℞.folioruȝ oliua rum & foliorũ citri. & foliorum

añ.ʒ.viii.aluminis.ia.colcotar.añ.ʒ.ii.croci.ʒ.i.terantur & administrentur sicut diximus. Idem aliud cõferens alcholæ nigro & maligno. ℞.arsenici ru.piretri.añ.partes æquales.terantur & cribellentur.& confice cum alKitran &.comburãtur:deinde conterantur & administrentur.Confectio medicaminis ex inuentione nostra conferentis alcholæ putrido & maligno:& est expertum bonũ.℞.corticum radicũ cappar.gallarum memithæ.zz.piperis adusti.trocis.alKadicõ.añ.ʒ.ii.cartaruꝫ combustarum.ʒ.ii.arsenici.ʒ.ii.&.ʒ.fiat ex eis puluis subtilis:& ex una parte eius fiat fricatio:& ex alia linimentum:& ponatur super ea frustum cartæ madefactæ ut circũd& sup ea.Plura scripta sũt in capitulo de gĩgiuarum ulceribus quæ afferantur ad hunc locum.

DE.FOETORE.ORIS.

I causam hab& putrefactionis in partibꝫ oris iã dixĩus curam.Et quandoqꝫ accidit ab ulcere & putrefatione partiũ pectoris & pulmonis & dicemus curaꝫ ipsius.Et quãdoqꝫ accidit ab hu. aggregato & putrefato in stomaco & partibus eius:& cura eius ẽ tres res.Prima quidem est euacuatio illius materiæ cum iteratione & iteratione sæpius cum eo quod conuenit.& si quidem fuerit colerica foetida putrefacta cum eo quod est sicut infusio aloes cum aqua endiuiæ.& similia:de quibus loquemur in capitulo de stomaco si deus uoluerit.Si autẽ fuerit materia flegmatica foetida putrida fiat purgatio eius cum eo quod est sicut iera.& stomaticõ nostrũ & pillulæ aloeticæ cuius explicationem scribemus.Et dixit filius Zachariæ qualiscũque sit materia siue calida siue frigida confert uomitus post esũ acruminum & acõsorum.aut post mellones cum successione sirupi acõsi:aut secaniabin: aut idromelle:& uit& pĩguia post illud & crossa.& uiscosa & nauseatiuã satietateꝫ & lac.& nõ comedat pulmẽtaria sed frixa habentia semina & almatammar:& utantur almuri & alsachãnæ in prĩa comestione & alzegen & ĩ secũda mensa comedat cydonia pura & condita ex eis aut.zz.conditũ aut diacyminum aut diatriõ:& similia & sit uinum eorum conditum cũ spetiebus quarum narratiõem facieẽus post:& ex potibus est miua cõdita & rob de pomis cum spetiebus & sine spetiebus. Secundã rem complent administrationes medicaminum acquirentium temperiem receptori ut fiat.deĩde minera in eo agragationis materierũ conuenientium:& ex hoc quidem facientibus & hæc in re colerica est administratio rerum quæ sunt proprie sicut crisomila humida aut persica cum proprietate:& infusiones eorum dum sunt sicca & hoc in ieiunio & ex eis sũt cucur. & cydonia.&rob acõsitatis citri &

miua acetosa & sirupus de pomis & oxiporrinus diacydonitem & confectio acetosæ & similia. In materia uero flegmatica administrentur ea proprre quæ sũt sicut zz.conditum & trifera minor & sachãnæ:& muri:& acetum squillиticum & tocis.dyarodon & zucarum ro.cum mastice & xiloales. & pillulæ de aloe & trocis.de gar. litificans & similia. Tertiam rem complent administrationes medicaminum proprie quorũ proprietas est generare in ore & uniuerso corpore odorem bonũ sicut proprie folia & cortex citri.& baderebuc.& grana eius & teneritas myrthi & thus & ro.& mascãsi.& camphora.& alfelengemisse:& poma odorifera & cydonia & suc.& ramic & embli.proprie & xiloaloes & cubebæ.& gar.& mastix:& nux mus.& doroĩcũ & spica & similia. Et res quibus conficiuntur sunt proprie sicut rob.acetosæ & mel embli.& mel Kebulo.& Kesmes. & uuæ passæ dulces & uinum & similia. Ioannitius.Confecio triferæ cuius iuuamenta multa & experta sunt:& proprie ad ægritudĩes stomaci confortat enim in eo mineras uirtutum & operationum nobilium:& facit odorez oris bonũ & corporis totius & occulat foeditatez colorrs & acquirit corpori mundeitatem coloris & pulchritudinem & corpus in uigore conseruat adolescentiæ & iuuẽtutis et retardat canos.et cõfortat cor et generat hilaritatem continuam et addit incoitu et est medicamen regum cuius permistio. ℞. miroba.Kebu.embli.belliri.ãñ.p. æquales:terãtur et fundantur sup eas conterendo in uase lapideo hora post horam aquæ fõtius dulcis cum aliquantulo zucaro et hoc per dies tres:deinde per alios.iii. dies distilletur uice una post aliã super eo tenui instillatiõe ex oleo ro.aut amigdalĩo sẽp agitando cũ spatula:deinde dimitte eas exiccari in umbra.deinde accipe huius permistionis.ʒ.xviii.ro.siccarum.ʒ. vi.cipi.ʒ. iiii.lignialoes extrẽitatũ mentæ humidæ:gar.masticis spicæ ãñ.ʒ.ii.et tertiam alterius cynamomi zurumbet croci cardamomi heil. macis.nucis muscatæ.ãñ.ʒ. i.et.s.ambræ crudæ et sumac. et suc.ãñ.ʒ.ii.musci.ʒ.unius tertias.ii. confice cum melle embli.et.Kesmes et fiant ex eis formæ similes auellanis ponderis.ʒ.iii.ĩmane cuz uio et in sero similiter. Aristoteles sussuf quod exquisita in uestigatõne composuit. Alexandro imperatori confortat stomacum epar et uiscera debilia.& rectificat digestionem:& facit oris odorem bonum & generat gaudium.℞.ligni. al.ciperi.extremitatuz mentæ humidæ cynamõi folii:heil miroba. Kebu.embli. & belli.præparatorũ secundum superiorem doctrinam. macis felẽgemise darmes usneæ: piperis:macropiperis gariof.zz: nucis muscatæ cardamomi grano

rū granatorum.ān.ʒ.ii.ambræ.muſci cāphoræ.ān.ʒ.i.zucari tabarz& ſexcuplum ponderis omniū:doſis eius a.ʒ.i.uſq; ad aur.ii.cum aqua frigida ante cibum & poſt cibum exptum & uerax.ſi deus uoluerit. Filius zacha. arazi confectio pillularum conferentium & procurantiu; digeſtionē & facientium oris odorem bonu;.℞.gar.ſuc.elmeſe. darſeni nucis muſcatæ ciperi.ſpicæ corticū citri ligni.al . ān.aur.ii. muſci.aur.unius decimā: confice cum uino & da.ʒ.iii.partem earum tranſglutiat &parte; eaꝶ maſtic& dētibus & trāſglutiat ſuccum.Idē ad idē acc.extremitatu; mētæ humidæ &Keſmes.p.æquales:terātur & fiant ex eis formæ ſicut nuces da mane & ſero unā cu; condito aromatico.Idem confectio trociſ. de gar.faciens oris odorem bonu;: ℞.gar.corticis citri.ciperi ſpicæ. nuciſ.muſcatæ ſuc.elmeſe xiloaloes cynāomi macis.heil cubebæ.ān. ʒ.i.muſci.Kerates.i.fiant ex eis cum aqua malorum:& teneat ī ore ſuo ſuper cibum & deglutiat ex eis.ii. uel.iii.Ide; dentifriciū ad ide;.℞. ſpic.cipi ro.folii galliæ corticis citri.gar.cardamōi.ligni aloes.maſticis.ſalis combuſti ān.mellis ut cōficiat ea fiant trociſ.& ſiccentur ī furno debilis caliditatis:& fiat ex eis dentifricium.Idem ex eis quæ nimis occultant foetorē oris mirabiliter ē frequēs comeſtio apii Idem confectio experta & efficax ad foetorem oris cauſa materiei putridæ inſtomaco.℞.extremitatu; mentæ humidæ. darſeni.emblicipi ſpic.cortic.citri.florū ſqnanti. maſtic.ān.galliæ.gar.nucis muſcatæ.cubebæ.heil.zz.ān.5.parte; cōfice cum melle paſſul.quod ſit duplum ponderis omīu;:& cum uino antiquo odorifero:aut cū Keſmes & fiant formæ ſicut nuces & ſumatur ex eis oī mane &omni ſero:& hoc fiat poſt uomitum & ſolutionem uentris iterata; ſæpius ſicut diximus in canone prædicto.

DE.DOLORE.ORIS.

It a cauſis quas dixīus ī capitulo de pticularib; curis ægritudinum ipſius & diximus curas. Hamec elenzetar.Medicamen conferens dolori in partib; oris & radici linguæ & tumori faucium & gingiuaru; expertum.℞.ſumac foliorum myrthi foliorum ro.ān.aur. unu; bulliāt in aqua pluuiali.uſq; ad medietatem:& fiat ex ea gargariſmus tribus uicibus oī die:deīde puluere hoc utatur.℞.ſpodii gallarum granoru; actel.foliorū.ro.ān. tere & utere.Idem medicamen cōferens dolori oris bonum & expertu;.℞.amil.i.aluminis.ia.ſe.ro. croci myrræ.ān.tere & acc.ex eo parum & miſce cum aqua & melle & fiat gargariſmus:& teneat in ore una hora.Idem medicamen conferens bothor in partibus oris:& faciens oris odorem bonu;.℞.aniſi quantum uolueris & tere & confice cū melle &ſucco mētæ humidæ aut uīo bono: &fiat gargariſmus

cum eis & teneatur in ore usque ad horam unã.

EXPLICIT.PARTICVLA.PRIMA.SECTIONIS.PRIMAE.INCIPIT.SECVNDA.PARTICVLA.SECTIONIS.PRIMAE.

Yruз coeli fecit deus & terram posuit in puncto:cõcordias nutrit ipse solus & discordias arc&. Concors igitur discorsq; regulat sanum simul & moribundũ. Sanat igitur ipse solus. salutem itaque ab ipso dari solo quæramus: humilis gaudeat natura naturans regulis: sic cæteris astrinxit alterutrum: ut quibus desiderat hoc pati reformetur ab altero. Cælatũ quoque gerit in se quo alteri prosit. nõ noceat: sed q hoc recte nouit discutere quod excelsus largitus ẽ magni dõi sũt nimis hæc mũera: munus mũere nõ cõpẽsãs. Tradius igitur uobis cum auxilio excelsi. postq̃ narrationem expleuimus de curis ægritudinum membroruз capitis: ut narremus narrationem de curis ægritudinum membrorũ seruientium spiritui secũdum præmissioneз nostram in ipsis sed ut uerificetur processus futurus quia ueritatem inueniat ipsum regulari ab illo qui excelsus cuncta felicitat petimus qui sit benedictus.

SECVNDA.HAEC.PARTICVLA.SECTIONIS.PRIMAE.CONTINET.SVMMAS.SEX.

Summa prima est de curis ægritudinum fauciũ & gutturis & uicinarum ptium.

Summa secũda de curis ægritudinum pulmonis.

Summa tertia est de curis ægritudinum ptiũ pectoris & costarum.

Summa quarta est de curis ægritudinum cordis.

Summa quinta est de curis forinsecarum pectoris.

Summa sexta de curis ægritudinũ spondilium pectoris.

SVMMA.PRIMA:DE.CVRIS.AERRITVDINVM.FAVCIVM ET.GVLLAE.ET.VICINARVM.PARTIVM.DE.STRANGVLATIONE.

Trangulatio causas hab& a rebus quæ sunt intra & dicemus eas si deus uoluerit. et quãdo que contingit a rebus aduenientibus extra sicut strictio cum fune & silia: & palaз est cura eius. Aut a rebus aduenientibus & operantib; intra: sicut proprie ex rebus quæ comeduntur & bibũtur. sicut ẽ bolus magnitudinẽ aspitatem & stipticitatẽ habẽs sicut proprie pãis oppirii non masticati aut miliarii: aut aliqd quod ẽ sicut os: aut spĩa Et cura eius ẽ ut illico prouocetur uomitus & incipiamus comprĩere collũ ĩpingendo pcussiões post percussiões sup ipsũ & ĩmittendo digitum in gutture aut in strumẽtuз ex ligno: aut cornu lene curuitatem habens: & hoc fiat cum facilitate: & si sit spina aut os gutturi infixum & sensus comprehendit ea: tenaculis extrahatur: aut

in uncino comprehendēte secūdū aliqd eius: aut cum corda arcus. Si aūt sensus non potest comprehendere post cibaria crossa administrētur gargarismata ex mucillaginibꝫ & deglutiões ex eis: aut ex rob. aut ex nasturtio diu infuso & cōquassato in rob. deinde fiat uomitus post administrationeꝫ reruꝫ uiscosarum comestarū sine masticatiōe plurima. Et quādoque annectimus cum filo bolum carnium pinguiū pelliculosarū & uiscosarū & damus ad deglutiendum: deinde extrahimus subito: & quādoque facimus simile cum spongia marina: & quandoque cum fico sicco pingui & similibus: & extrahitur si deus uo. Fit interduꝫ ex quibusdā eorum quæ sumuntur strangulatō non propter quātitatem sed propter rei malitiā. sicut ex quibusdā generibus fungorum mortiferoꝝ quod sanatur ex succo rafāi facto ex eo gargarismatæ cuꝫ oximelle & imbibito cum melle: & nos loquemur de hoc quādo loquemur de rebus uenenosis si deus uolu.

DE. AEGRITVDINIBVS. VVAE.

Vnt casus eius & apostematio & uulnera. Et casus quidem uuæ cura est tres res. Prima est si uua ē uehemētis inflāmationis & rubedīs flebothōia cephalicæ: aut solutio uētris. Si fuerit cū pmistione coleræ. cū eo quod ē sicut aq̄ fructuū: & miroba. Et si fuerit habens albedinē cū eo quod ē sicut iera & cochiæ. Secūda ē diuersio causæ eius & hoc qdem perficitur eū eo quod facit cadere materiaꝫ ad ptē diūsā. sicut ūbi. g̃. cū fricatōne auriū & extēsiōe earū sūsuꝫ uehemēter attratiōe dolorosa & pōne uentosarū ad ptē oppositā hæc eniꝫ collocāt uuā & eleuāt: Et ex eis quæ expta sūt ad eleuationeꝫ eius ē ut accipiatur cereū: uel māipulus capilloꝝ in zuhendeg: colligātur manibus & præcipiatur in tirmo ut iaceat: & tu qdē pone pedes tuos sup hūeros eius & trahe manipulū capilloꝝ uehemēter usque dū cutis dislocetur dislocatiōe aliqua a zuhēdeg: eleuatur enī uua ex hoc illico: & iā qdē expertuꝫ ē ut liniatur super zuhēdeg. ēplastrū ex succo acatiæ: & hoc īpricipio: aut ex acatia cū aceto aut ex gallis adustis cuꝫ aceto. quoniā eleuāt ipsā sternutamēta ēt cōferūt eis. Tertia ē pticularitas opationū circa ipsaꝫ & ē ut ī principio īcipiatur cū medicīs quæ repellūt materiā & prohibēt aduētū humiditatis plurīæ sicut ē proprie gargarismus cū aceto & aq̄ ro. si materia fuerit calida & uua fuerit īflāmata: & rubēs aut aqua solatri & se. ro. & folia ipsius aut aqua granati acōsi triti cū tota substātia sua cū stipticis & liniatur paulatī cū medicamīe facto ex balaustiis & sandal. & ros. & modico camphoræ: & fiat ex eis puluis subtilissīus & utere cōprimēdo cū īstrumēto: & ex eis sūt gallæ & balaustiæ & alumē & ex suc.

